





CENTRALE


PICHOLOMINEI
DE
DUOBUS
74
1492



CITTA DI
BIBLIOTECA
LANDAU
INC.
NAZIO






4115
175

CITTA DI FIRENZE
BIBLIOTECA NAZIONALE CENTRALE
LANDAU FINALY
INC. 74



¶ Incipit tractatulus de duobus se inuicem amantibus compositus per dn̄m Eneam Siluium poetam: Imperialemqȝ Secretarium: qui tandem ad summi apostolat⁹ apicē assumptus: Pius papa Secundus vocatus est.

Magnifico ꝛ generoso militi dn̄o Gaspari Slyck: dn̄o Nouicastri: Cęsareo cancellario: ac terrarum Egee Cubitiqȝ capitaneo: domino suo pcipuo. Eneas Siluius poeta: Imperialisqȝ Secretarius. S. p. d. Marianus Sozinus Senensis conterraneus meus vir/tum miri ingenij/tum litterarum multarum: cuius adhuc similem visurus ne sim hęreo: duos amātes vt sibi describerem rogatum me his diebus effecit. Nec referre dixit: rem veram agerem/an more poetico fingerem. Nescis qui vir siet: mirabere si tibi hominem expendam. Nihil ei pręter formam natura inuidet. Homuncio est. Nasci ex mea familia debuit: cui paruorum hominum est cognomen. Vir est eloquēs: iuris vtriusqȝ consultus. Historias omnes nouit. Poetice peritus est. Carmen facit ꝛ Latinum ꝛ Tuscum. Philosophię tam scius q̄ȝ Plato. Geometer Boetius. In numeris Macrobio similis. Nullum instrumentum ignorat musicum. Agriculturam quasi Virgilius nouit. Nihil ciuile ignotum viro: dum iuuenili adhuc stabant in corpe vires. Alter Entellus erat luctandi magister: non cursu: non saltu: non cestu poterat superari. Pretiosiora sunt interdum parui corporis vascula: vt gemme lapilliqȝ testantur. Nec ab re fuerit/illud in hunc referri: quod de Thideo scribit Statius: Maior in exiguo regnabat corpore virtus. Dij formam huic homini ꝛ immortalitatem si dedissent: is etiam erat deus. Sed nemo sortitus est omnia. Inter mortales nullum adhuc noui cui pauciora q̄ȝ huic defuerint. Quid: ꝙ minutissima etiam didicit. Quasi alter Apolles sic pingit. Nihil emendatius est: nihil lucidius: q̄ȝ sua manu scripti codices. Sculpsit vt Praxiteles Nec medicinę ignarus est. Adde virtutes morales quę alias regunt ducuntqȝ. Noui meis diebus plerosqȝ studijs litterarum

deditos disciplinis:qui admodum abundabāt:sed hi nihil ciui-
litatis habebant:nec rempublicā neq; domesticā regere norant.
Stupuit Paglarensis:ꝛ furti villicum accusauit:qui suem fętam
vndecim porcellos:asinā vnū duntaxat enixam pullū retulerat.
Bomicius Mediolanensis grauidūsse putauit:diuq; partū veri
tus est:quia se vxor ascendit. Hi tñ iuris maximū lumen habiti
sunt. In alijs pręterea vel fastū vel auaritiā inuenies. Hic perli-
beralis est. Plena illi semper dom⁹ est honestis hospitibus. nulli
aduersus est. pupillos tuet᷑. ęgros solat᷑. pauperibus subuenit.
viduas iuuat. nulli indigēti deest. vultus eius quasi Socraticus
semp̱ est idem. in aduersis fortem animū prębet. nulla fortuna in-
flatur. versutias non vt exerceat/sed vt caueat/quaslibet nouit.
Ciuibus dilectus est:peregrinis amatus. nulli odiosus est:nulli
grauis. At homo tantaꝝ virtutū:cur nunc rem leuiusculā exigat
non scio. Illud scio:nihil me illi negare phas est. Eū nanq; dum
Senis essem vnice dilexi:nec diminutus est amor:q̄uis separat⁹
sit. Is quoq; dum esset cęteris naturę dotibus pręditus: tñ hoc
maxime dono pollebat:vt nullius erga se sterilē esse amorē sine-
ret. Huius ergo rogatus non censui respuendos: scripsiq; duoꝝ
amantiū casus:nec finxi. Res acta senis est:dum Sigismundus
Imperator illic degeret. Tu etiā aderas:ꝛ si verum his auribus
hausi operā amori dedisti. Ciuitas veneris est. Aiunt q te norūt
vehementer ꝗ arseris: ꝗq; nemo te gallior fuerit. nihil ibi ama-
torie gestum te inscio putant. Ideo historiam hanc vt legas pre
cor:ꝛ an vera scripserim videas. nec reminisci te pudeat:si quid
hmōi nonnunꝗ̄ euenit tibi. Homo enim fueras. Qui ꝯo nunꝗ̄
sensit amoris ignē:aut lapis est:aut bestia. Ipsum nanq; vel per
deoꝝ medullas non latet ignea fauilla. Vale.

¶ Epl'a Enee Siluij ad Marianum
Sozinū petentē componi tractatū.

Eneas Siluius Poeta Imperialisq; Secretarius. S. p. d.
Mariano Sozino vtriusq; iuris interpreti ꝛ cōciui suo.
Rem petis haud ꝯuenientē ętati meę:tuę ꝯo ꝛ aduersam

⁊ repugnantẽ· Quid enĩ eſt qđ vel me iam pene quadragenariũ
ſcribere: vel te quinquagenariũ de amoꝛe conueniat audire? Iu/
uenes aĩos res iſta delectat: ⁊ tenera coꝛda depoſcit· ſenes auteꝫ
tam idonei ſunt amoꝛis auditoꝛes: ꝙ̃ pꝛudentię iuuenes· Nec
quicꝙ̃ eſt ſenectute defoꝛmius quę venerem affectat ſine virib⁹·
Inuenies tñ ⁊ aliquos amãtes ſenes· amatuꝫ vero nullum· nam
⁊ matronis eſt ⁊ puellis deſpectum ſeniũ· Nullius amoꝛe tenẽ
mulier: niſi quem viderit ętate floꝛentem· ſi quid aliter audis: de
ceptio ſubeſt· Ego vero agnoſco amatoꝛium ſcriptum mihi non
conuenire: qui iam meridiem pꝛętergreſſus in veſperum feroꝛ·
Sed non min⁹ me ſcribere ꝙ̃ te poſcere dedecet· Ego tibi debeo
moꝛigerus eſſe. tu vide quid poſtules· Nam quãto es natu matu
rioꝛ: tanto ęquius eſt parere amicitię legibus· quas ſi tua iuſti/
tia non veretur mandando infringere: nec ſtultitia mea tranſ/
gredi timebit obediendo· Tua in me tot ſunt beneficia: vt nihil
negare petitionũ tuaꝝ queam: etiã ſi admixtũ ſit aliquid turpi/
tudinis· Parebo igit̃ petitioni tuę iam decies multiplicatę: nec
ampli⁹ negabo qđ tanto poſtulas deſiderio· nõ tñ vt ipſe flagi/
tas: fictoꝛ ero· nec poetica vtemur tuba: cuꝫ licet vera referre· ꝗs
enim tam nequã eſt vt mẽtiri velit: cũ vero ſe poteſt tueri· Quia
tu ſępe amatoꝛ fuiſti: nec adhuc igne cares: vis tibi duoꝝ aman/
tum vt hiſtoꝛiã texam· Nequitia eſt quę te nõ ſinit eſſe ſenẽ· Ero
moꝛigerus cupiditati tuę: ⁊ hãc nimis ęgri caniciẽ pꝛurire faciã
Nec fingã/ qñ tanta eſt copia veri· Quid enĩ eſt toto terraꝝ oꝛbe
amoꝛe cõius? quę ciuitas: qđ oppidũ: quę familia vacat exẽplis?
Quis trigeſimũ nact⁹ annũ amoꝛis cã nullũ pegit facin⁹· Ego
de me facio coniecturã: quẽ amoꝛ ĩ mille ꝑicula miſit· Ago ſupe/
ris gr̃as: ꝙ ſtructas inſidias millies fugi: fęlicioꝛ aſtro martis
quem vulcanus cũ venere iacentẽ ferreo illaqueauit reticulo: de
ridendũq; dijs cęteris oſtentauit· Sed alienos potius ꝙ̃ meos
amoꝛes attingã: ne dũ vetuſti cineres ignis euoluo: ſcintillulã
adhuc viuentẽ reperiã· Referã aũt mirũ amoꝛem peneq; incredi
bilem: quo duo amantes: ne dicam amentes: inuicem exarſere·

Nec vetustis aut oblitteratis vtar exemplis:sed nostri temporis
ardentes faces exponam • Nec Troianos aut Babylonios : sed
nostrę vrbis amores audies:quãuis ex amantibus alter sub Ar-
theo natus fuit cęlo•forsitan ⁊ hinc fugere aliquid vtilitatis lice
bit• Nam cum puella quę in argumẽtum venit amatore perdito
interplorandum mestam ⁊ indignantem exalauerit animam:al-
ter vero nunꝙ post hoc verę letitię particeps fuerit : cõmonitio
quidem iuuenibus erit vt abstineant nugis.Audiãt igitur ado-
lescentulę:⁊ hoc edoctę casu videant ne post amores iuuenum se
eant perditum•Instruit hęc historia iuuenes:ne militię mulierũ
se accingant quę plus fellis habẽt ꝙ mellis•Sed omissa lasciuia
quę homines reddit insanos : virtutis incumbant studijs : quę
possessorem sui sola beare possunt•In amore autem quot lateãt
mala:si quis aliũde nescit:hinc poterit scire• Tu vale:⁊ historię
quam me scribere cogis attentus auditor esto•

¶ Epistola Enee Siluij Picholominei:quę
iuueni nõ esse negandum amorem dicit•

Illustrissimo principi Sigismundo Duci Austrię dño suo:
Eneas Siluius•S•p•d•Efflagitasti modeste a me pridie:
tibi vt amatoriã alicuius epl'am mitterem:cuius exemplo
suadere posses virgini quam diligis:vt amare te sineret• Alius
tibi forte hoc negasset : timens ne prolaberis• ego annuendum
duxi•Scio nanqꝫ humanę vitę conditionem•Nam qui non amat
in adolescentia:in senio amat : quo tempore derisui est et vulgi
fabula•qm̃ ętas illa amoris inepta est•Nosco pręterea amoris cõ
suetudinem:qui in iuuentute torpentes virtutes excitat:hũc in
armis exercet:illum in litteris:et studet quisqꝫ id agere propter
quod amicę placeat•Et quia virtutes nomen bonum faciũt:vir
tuti dat operã qui amat:vt ante puellę faciem laudetur•Et ꝙꝙ
hoc ineptũ virtutis pręmium sit:probabile tamen est quacũqꝫ ra
tione virtutes adipiscaris• Adolescentes insuper nõ sunt nimiũ
cohibendi:ne languidi ⁊ inertes fiant : permittendusqꝫ his est

aliquis ludus. Indulgendum est aliquãtisper voluptati eorũ vt animũ & cor sumant: vt sciant malum & bonũ: vt versutias mundi noscant: illasq; cum viri facti fuerint euitare sciãt. Hac de causa gessi morem voluntati tuę: & optatam eplam hac conditiõe tibi transmittens: vt amans non negligas studia litterarum: sed quemadmodum apes ex floribus mella decarpunt: sic tu ex amoris blanditijs ad virtutes veneris. Vale ex Gretz die. xiij. Decẽbris. Anno dñi. M. cccc. xliij.

Eiusdem Eneę epistola amatoria.

SIgismundus Austrię dux. S. p. d. & seipsum dat singulari dominę suę insigni & formosissimę virgini Lucretię regis Dacię filię. Volui te sępius alloqui: amoremq; meũ tibi notum efficere. sed ętas mea nimis adhuc verecunda est: quę nõ patitur quod intra me sentio foris exire. Quãprimũ incipio loqui mox rubor adest: timor impedit: & medijs vox in faucibus hęret nec cogitata possum effari. Timeo modestiam tuam ne me arguat. Vereor astantes ne me derideant. Horresco meipsum ne balbutiens fiam. Ac de te quod statueram dicere: decreui litteris cõmittere. q2 epistola non erubescit: non suspirat: non timet quęq;. Forsitan arduum aliquid & perdifficile postulaturum me putas. Parum est quod volo. at si mihi cõcesseris: multum existimabo. Ego enim / modestissima virgo / fateor me tui amantem esse: captumq; tui vultus splendore. nec alia die noctuq; cogito q̃ te. Tu mihi semper es in mente: te in corde: te in animo gero. Tu meum desiderium es: tu spes mea: tu quies: tu refrigerium. Cũ te video quiescit animus meus: & se oblectat. At cum abes: nec te cernere possum: magis vrgeor stimulis: nec aliud meditor: nisi vt q̃primum te reuisam. Hoc multiplici de causa factum est. nã & forma & honestas in te concurrunt. Laudant Helenam poetę. At ego illam non existimo tibi fuisse similem. Nec Polizenam tibi comparauerim: aut eam quam dilexit Hercules Dianirã. Tu omnes vincis & pulchritudine & moribꝰ. Quasi altera Philomena: a calce vsq; in verticẽ nulla est in te menda. Crines tui splen

dorem auri superant. Frons alta et spatiosa est. supercilia in arcū tensa: debitis spatijs extinguunt̄. Oculi tui tanq̄ duo emicant sidera: inde sagittas emittis et vulneras iuuenes. Hinc quos vis occidis: et quos vis viuificas. Nasus suis conueniēs partibus faciem mirifice honestat. Genas candore niueo respersas modestus rubor intersecat. Quid labia corallina: et christallinos referā dētes: et oēs oris tui partes: vnde melliflua manāt verba? Hinc risus ille pgredit̄ qui me sepe ad intima penetrat. O virū felicem qui labia illa mordebit: qui tales osculabit̄ genas: qui mentum tuum et candidiorē Schyticamue gulā tuā poterit tāgere. Nolo pectoris tui et illorum pomorum que ibi latent mentionē efficere: ne referens nimis ardeā. Tu te scis q̄ intra et extra formosa es. Ego magis mirari q̄ digne commendare te possum. hoc tm̄ dico: q: mores tui regio fastigio digni: et forma plus q̄ dici possit honesta. Ex duce me seruū tibi fecerūt. Tuus enim sum. nihil magis cupio q̄ rem gratā tibi efficere. Nec mirum. nā et Phebus vt inquiūt fabule lz esset Iouis regis Crete: quem vetustas p deo coluit filius: Ameti tn̄ regis filiā amans: pastorē se fecit: et gregē pauit. Ego igit̄ libens seruio tibi. Nec aliud a te postulo: nisi vt amare me sinas et animo equo feras si mihi dicaris amata. Hoc est qd̄ volo/peto/exigo: nil postulo plus. Fac tuus vt amator dicar. nā et amator et seruus ero: dūmodo annuas. Confiteor dignā te fore quā maiores et meliores q̄ ego sum ament. Esset vir Paris aut Hypolitus dignus amore tuo. Tu tn̄ noli querere formā. nam et pulchri sunt. superbi etiā sunt: nec stabilē habent amorē. In me erit amor perpetuus: qui natus in adolescentie mee flore etatis crescens ad senium perducetur: dūmodo tu mihi faueas et me adiuues: quem tn̄ non debes etiā despicere. nā vt mihi nō negauit deus mediocrē formam. Sunt mihi preterea opes multe: que oēs erunt tui: si vicem amoris rependeris. Ha qd dixi. Nimiū erraui Nō vt ames peto: sed vt amare me sinas. Hoc si tua ex grā impetrauero beatus sum. Tu quid factura sis rescribe. Uale animula mea: delitie mee: corculū meū. Datum Gretz etc.

❡ Jncipit hiſtoꝛia pꝛincipalis·

U Rbem Senas:vnde tibi ⁊ mihi oꝛigo eſt : intranti Sigiſ/
mundo Cęſari quot honoꝛes impenſi fuerint : iam vbiq;
vulgatum eſt·Palatium illi apud ſacellum ſancte Mar/
thę ſuper vicum qui ad Thophoꝛum ducit poꝛtam ſtructum pa
ratum fuit·Huc poſtq̃ cęrimonię peractę ſunt:cum veniſſet Si/
giſmundus:quatuoꝛ maritatas obuiam habuit:nobilitate:foꝛ/
ma:ętate:oꝛnatuq; pares:non moꝛtales ſed deas quiſq; putauit
Si tres dũtaxat fuiſſent:illę videri poterant:quas referũt Pari
dem per quietem vidiſſe· Erat Sigiſmundus licʒ grandeuus in
libidinem pꝛonus:matronarum alloquijs admodum oblectaba
tur:⁊ femineis blandimentis gaudebat : nec ſuauius illi quicq̃
fuit illuſtrium aſpectu mulierũ·Ut ergo has vidit:deſiliẽs equo
inter manus earum exceptus eſt:⁊ ad comites verſus ait: Simi/
les ne vnq̃ his fęminas vidiſtis? Ego dubius ſum an facies hu/
manę ſint:an angelici vultus·ſunt cęleſtes certe·Illę oculos hu/
mi deijcientes:vt verecundioꝛes fiunt : ſic pulchꝛioꝛes reddun/
tur·Sparſo nanq; inter genas ruboꝛe : tales oꝛe coloꝛes quales
indicum ebur oſtro violatum:aut quales reddunt alba immixta
purpureis roſis lilia · Pręcipuo tamen inter eas nitoꝛe Lucre/
tia fulſit:adoleſcentula nondum annos viginti nacta : in fami/
lia Camilloꝛum pręditiuiti viro Menelao nupta : indigno tamen
cui tantum decus domi ſeruiret·ſed digno quem vxoꝛ deciperet
⁊ ſicut nos dicimus/coꝛnutum quaſi ceruum redderet· Statura
mulieris eminentioꝛ reliquis · Comę illi copioſę:⁊ aureis lami/
nis ſimiles:quas non moꝛe virginum retrofuſas miſerat:ſed au
ro gemmiſq; incluſerat· Frons alta ſpatijq; decentis : nulla in/
terſecta ruga · Supercilia in arcum tenſa : pilis paucis nigriſq;
debito interuallo diſiuncta·Oculi tanto nitoꝛe ſplendentes : vt
in ſolis modum reſpicientium intuitus hebetarent· His illa ⁊ oc
cidere quos voluit poterat: ⁊ moꝛtuos cum libuiſſet in vitam re
ſumere·Naſus in filũ directus:roſeas genas ęquali menſura diſ
criminabat·Nihil his genis amabilius:nihil delectabilius viſu·

quę cum mulier risit:in paruā vtrincꝫ dehiscebant foueā· Nemo hanc vidit qui non cuperet osculari· Os paruū decēsqꝫ· labra corallini coloris: ⁊ ad morsum aptissima· Dentes paruuli ⁊ in ordinem positi ex chrystallo videbant̄· per quos tremula lingua discurrens: nō sermonem: sed armoniā suauissimā mouebat· Quid dicam? mentis speciem aut gulę candorem · Nihil illo in corpore nō laudabile· Interioris formę iudicium faciebat exterior· Nemo hāc asperit qui viro nō inuiderit· Erāt insup in eius ore multę facetię· Sermo is fuit qualem rumor est Graccoꝝ matrem habuisse Corneliam: siue Hortensij filiam· Nec suauius aliquid eius oratione nec modestius fuit· Nō vt plerecꝫ tristi facie honestatē ostendebat. sed alacri vultu modestiam· Nō timida: nō audax· sed temperatū verecundię metu virilē animū fęmineo in corpore gerebat. Vestes illi multiplices erant· nō monilia: nō fibulę: nō baltei: non armillę deerant· Redimicula capitis mirifica: multi vniones adamantesqꝫ/ tum in digitis/ tum in serto fuere· Nō Helenā pulchriorē fuisse crediderim: quo die Paridem in cōuiuiū Menelaus excepit· Nec ornatiorē Andromachē cū sacris Hectoris initiata est nuptijs· Inter has Catherina Peruchia fuit: quę paulopost vita functa Cęsarem in funeribus habuit: qui ⁊ gnatū eius militia ante sepulchrū donauit: q̄uis in fauces huius quocꝫ mirabilis formę decus elucebat: inferior t̄n Lucretia erat· Oīs de Lucretia sermo audiebat̄· Hāc Cęsar: hāc cęteri cōmendabāt: intuebanturqꝫ· Quocūqꝫ illa vertebat̄: eo ⁊ oculi sequebantur astantium· Et sicut Orpheus sono cytharę siluas ac saxa secū fertur traxisse: sic ista hoīes suo quocūqꝫ volebat intuitu ducebat· Unus t̄n inter oēs plus ęquo in illā ferebat̄ Eurialus Franco: quem nec amori forma nec diuitię reddebāt ineptū· duoꝝ ⁊ triginta annoꝝ erat: non eminentis staturę: sed lętę gratęqꝫ habitudinis: illustribus oculis: malis ad gratiam tumescētibus: cęteris membris non sine quadam maiestate decoris staturę correspondentibus · Reliqui curiales propter longinquam militiam omnes auro excussi erant· hic quia ⁊ domi abundabat

⁊ propter amicitiã Cęsaris magna munera recipiebat· Indies or
natior ꝯspectibus hoim̃ reddebat̃:longũ famuloꝝ ordinem posi
tione ducebat:nũc auro illitis:nũc muricijs tyrij sanguine tin/
ctis:nũc filis quę legunt seres textis vestibus vtebat̃ · Cũ equi
tales illi erãt quales in fabulis est ad Troiã venisse Mẽnonis·
Nihil huic ad excitandũ illũ blandũ animi calorẽ:magnãq; mẽ/
tis vim quã vocãt amorẽ preter otiũ deerat·Sed vicit iuuẽtus ⁊
luxus:tum lęta fortunę bona quibus ille nutrit̃· Nec potẽs Euri
alus sui:vt Lucretiã vidit ardere puellã cepit·hęrẽsq; vultui ni/
hil satis vidisse putabat·Nec ĩpune dilexit·Mira res·multi egre
gia forma iuuenes:sed vnũ hũc Lucretia· plures honesti corpis
mulieres:sed hãc vnã Eurialus sibi delegit·Non tñ hac ipa die
vel mense flammã Lucretia cognouit Euriali:vel ille Lucretię:
sed amare se frustra vterq; putauit·Ut igit̃ cęremonijs sacro Cę
saris capiti patis modus fuit:⁊ illa domũ reuersa in Eurialũ to
ta:⁊ in Lucretiã totus Eurialus ferebat̃· Quis nũc Tisbes et
Priami fabulã demiret̃:inter quos notitiã primosq; gradus vi/
cinia fecit·quippe domos habuere cõtiguas·tpe creuit amor· Hi
nusq̃ prius se viderant:nec fama cognouerãt · Hic Frãco:⁊ illa
Etrusca fuit·nec linguę ꝯmerciũ intercessit:sed oculis res tñ ge
sta est:cũ alter alteri placuisset · Saucia ergo graui cura Lucre/
tia:⁊ igne capta cęco:iã se maritatã obliuiscit̃·Uirũ odit:⁊ alẽs
venereũ vulnus:infixos pectori tenet Euriali vult⁹:nec vllã mẽ
bris suis quietẽ prębet:secũq;/nescio qd obstat ait:vt ampli⁹ vi/
ro hęrere nequeã·Nil me iuuat eius amplexus:nil oblectãt oscu
la:fastidia verba ingerũt:pegrini semp añ oculos est imago:qui
hodie ppior erat Cęsari·Excute ꝯceptas e casto corpe flãmas:si
potes infęlix·si possem nõ essem ęgra vt sum· Noua me vis inui/
tã trahit·Aliud cupido suadet:aliud mens·Scio qd sit meli⁹:qd
deteri⁹ est sequor· O ciuis egregia ⁊ nobilis:qd tibi cũ pegrino
est? qd in externo vreris? qd thalamos alieni ꝯcipis orbis? Si virũ
fastidis:hęc etiã põt dare terra qd ames· Sed heu mihi : quęnã
illius est facies? quã nõ moueat ei⁹ forma:ętas:gen⁹:virt⁹? Cer/

te mea pectora mouit: ⁊ nisi ferat opē dispereo· Dij meliora dent·
Uach prodā ego castos hymeneos: neqꝫ aduenę nescio cui cre-
dam: qui vbi abusus me fuerit/abeat: virqꝫ sit alterius ⁊ me pene
relinquat· Sed non is est eius vultus: nō ea nobilitas animi vi-
detur: nec gratia formę illa est vt timeam fraudes: ⁊ amoris obli-
uia nostri: ⁊ dabit ante fidem· Cur tuta timeam? accingar: ⁊ oēm
moram pellam. Ego quoqꝫ ita sum pulchra: vt nō me minus ille
velit ꝙ ego ipsum cupiam· Semp se mihi dabit: si semel ad oscu-
la fuerit receptus mea· Quot me ambiunt proci quocūqꝫ pergo?
Quot riuales ante fores excubant meas? Dabo amori operam·
Aut hic manebit: aut me secū abiturus abducet· Ergo ego et ma
trem ⁊ virum ⁊ patriā relinquā· Seua est mater: ⁊ meis semp in-
festa gaudijs· Uiro carere ꝙ potiri malo· Patria illic est vbi de-
lecter viuere· At famā perdam · Quid mihi rumores hominum:
quos ipsa non audiā· Nihil audet qui famę nimis studet· Mul-
tę hoc fecerunt alię· Rapi Helena voluit: nō inuitam asportauit
Paris· Quid Dianā referā vel Medeam? Nemo errantem argu-
it qui cum multis errat· Sic Lucretia· Nec intra pectus minora
incēdia nutriebat Eurialus· Medias inter cęsaris curiā ⁊ Euri-
ali domum Lucretia ędes habuit· Nec palatium Eurialus pete-
re poterat: quin illā ex altis se ostentantē fenestris se haberet in
oculis· Sed erubuit semper Lucretia: cū Eurialū vidit· Quę res
Cęsarē dedit amoris consciū· Nam cū ex sua consuetudine: nunc
huc/nunc equitaret illuc: ⁊ hac sepe transiret: aīaduertit mutari
feminā Euriali aduentu: qui sibi quasi Octauiano Mecenates
astabat· Ad quem versus: Euriale siccine vris feminas· Mulier
ista te ardet· Semel tanꝙ amanti inuideret: vbi ad ędes Lucre-
tię ventū est: Euriali oculos pileo contexit· Nec videbis inquit
quod amas: ego hoc spectaculo fruar· Tum Eurialus: quid hoc
signi est Cęsar? Nihil mihi cum illa: sed hoc facere incautū est: ne
circūstantes in suspitionē reducas· Erat Eurialo spadix equus
ardue ceruicis augustiqꝫ capitis: quē ⁊ breuis aluus ⁊ obesa ter-
ga spectabilē reddebant: animoso pectore: choris luxuriantibus

qui sonante tuba stare loco nesciebat·Mutabat auribus: et colle/ctum fremens voluit sub auribus ignẽ· Densa iuba et dextro ia/ctata recondebat in armo: et cauans tellurem solido cornu graui ter sonabat vngula· Similis illi fiebat Eurialus visa Lucretia· Quę licet dum sola fuit claudere viã destinasset amori: vt tñ il/lum aspexit: nec modũ flãmę nec sibi ponebat: sed vt siccus ager qui admisso igne comburit͂ si chori perflent alti⁹: sic infęlix Lu/cretia exardebat· Ita est sane: vt sapientibus videt͂: Humiles tm̃ casas inhabitat castitas: solaq3 pauperies affectu sano tenet͂: et quę domus se coercet modico· Diuites ędes nescit pudicitia· Quisquis secundis rebus exultat: semper insolita appetit· deli/catas eligit domos: et penates magnos· Dira fortunę comes libi/do· Intuens igit͂ Eurialum q̃3 sępe transeuntẽ Lucretia: nec ar/dorem cõpescere potens: diu secũ cogitauit cui patefaceret· Nam qui tacitus ardet magis vritur· Erat inter viri seruos Sosias Teutonicus senex: heroq3 fidus: cui iam diu seruierat liberali/ter· Hunc aggredit͂ amãs: plus nationi q̃3 homini credẽs· Ibat magna procerũ stipante caterua p vrbem Cęsar: iamq3 Lucretię domũ pręteribat· Quę vbi adesse Curialũ cognouit: adesto in/quit Sosia: paucis te volo· Respice deorsum ex fenestra: vbi nam gentiũ iuuentus est huic similis? Uide vt oẽs calamistrati sunt erecti eminentibus humeris· Aspice cęsareos et madido cirro con tortos crines· O quales facies· Oẽs lactea colla ferunt quo sese ore ferunt q̃3 forti pectore. Aliud est hominũ genus q̃3 terra no/stra producat· Semen hoc deoꝝ est: aut cęlo missa progenies· O si ex his mihi virũ fortuna dedisset· Nisi testes oculi eẽnt: nunq̃3 tibi hęc narranti credidissem· Et si fama fuerit pręstare omnib⁹ gentibus Germanos: credo subiectam Borę fore plagam: ex fri gore magno albedinem mutuari· Sed nostin tu aliquos? Quã/plurimos inquit Sosias· Tum Lucretia: Eurialum Franconem nosti? Tanq̃3 me ait Sosias· Cur tñ hoc rogas? Dicam inquit Lucretia: Scio q̄ in apertum non ibit· Hanc spem mihi tua bo/nitas facit· Ex ijs qui Cęsari astant nemo mihi Eurialo est gra/tior· in hunc animus cõmotus est· nescio quibus exuror flãmis.

nec illum obliuisci:nec mihi pacem possum dare:nisi ei me facio notam·Perge oro Sosia:conueni Eurialum:dic me ipsum amare·Nil volo ex te amplius:nec tu frustra hoc nuntium facies· Quid audio refert Sosias·Heccine me flagitia facere aut cogitare hera·Prodam ne ego dominũ:iamq; senex incipiam fallere quod iuuenis abhorrui·Quin potius clara progenies huius vrbis:extirpa nephandas flãmas e casto pectore·Ne obsequere dire spei·extingue ignẽ·Nõ egre amorem pellit:qui primis obstat insultibus.Qui dulce malum blandiendo nutrit:duri ⁊ insolentis domini seruituti se dat:nec cum vult excutere iugum potest· Q si hoc resciret maritus:heu quibus te ille laceraret modis· Nullus diu latere potest amor·Tace inquit Lucretia:Nihil loci terrori est·Nihil timet qui non timet mori. Quemcunq; dederit exitu; casus feram·Quo misera pergis Sosias retulit·domũ infamem reddis:solaq; tui eris generis adultera·tutum esse facinus reris·Mille circa te oculi sunt·Non sinet genitrix occultũ scelus:non vir:non cognati:non ancillę·Serui vt taceant:iumẽta loquentur:⁊ canes:⁊ postes:⁊ marmora te accusabunt·Atq; vt celes omnia:qui videt omnia celare non potes deũ·Disceq; q pęna pręsens conscię mentis:⁊ animus culpa plenus seq; ip̃m timens:negata est magnis sceleribus fides·Compesce obsecro impij amoris flammas:expelle facinus mente casta horridum· Metue concubitus nouos miscere thalamis mariti. Scio rectu; esse quod dicis retulit Lucretia:s; furor cogit sequi peiora·Scit animus quantum precipitium instat ⁊ ruit·Uincit ⁊ regnat furor:potensq; mente tota dominatur amor. Stat sequi quod regnũ iubet amoris·Nimis heu nimis reluctata sũ frustra·Perfer si mei te miseret nuntium·Ingemuit super his Sosias:per quę has dixit canas senectute comas:fessumq; curis pectus:et fida quę prębui generi tuo seruitia·Precor supplex siste furorem:teq; ipsam adiuua·Pars sanitatis est velle sanari·Tum Lucretia: Nõ oĩs ait ingeniũ reliquit pudor·parebo tibi Sosia:amorẽ qui tegi nõ vult vincã·effugiũ est hui⁹ mali:morte vt p̃ueniã nefas·

Exterritus hac Soſias voce:Moderare inquit hera mētis effre/
na impetus:coerce animos·Nunc vita es digna:quia te nec di/
gnam putas·Decretum eſt ait Lucretia moꝛi. Admiſſum ſcelus
Colatini vxoꝛ gladio vindicauit· Ego honeſtius pꝛeueniā moꝛ/
tē cōmittendum. Genus leti quęro:laqueo:ferro:pꝛęcipitio:ve/
neno vindicare caſtitatem licet·vnum hoꝝ aggrediar·Non pati
ar inquit Soſias·At Lucretia:Si quis moꝛi conſtituit pꝛohibe/
ri non poteſt · At Poꝛcia Cathonis moꝛtuo Bꝛuto cum ferrum
ſibi ſubtractū eſſet carbones ardentes ebibit· Si tam pꝛoteruus
inquit Soſias incubat menti furoꝛ tuę vitę ꝙ famę conſulendū
eſt·Fallax ſępe fama eſt:quę malo melioꝛ:bono peioꝛ nonnunꝙ
datur·Tentemus hunc Eurialū:ꝛ amoꝛi operā demus · Meus
erit iſte laboꝛ:tibiqꝫ ni falloꝛ rem confectam dabo· His dictis in
cenſum animum inflammauit amoꝛe : ſpemqꝫ tibi dubię menti·
Sed nō illi animus erat:vt quod dixerat eſſet facturus·Differre
animum fęminę quęrebat:furoꝛem īminuere:vt ſępe tempus ex/
tinguit flāmas:ꝛ adimit ęgritudinem dies · Exiſtimauit Soſi/
as falſis gaudijs puellam pꝛoducere:donec vel Cęſar abiret:vel
mens illius mutaretur:ne ſi negaſſet alius nuntius quęreretur:
aut in ſe manus mulier inijceret · Sępe igitur ire atqꝫ redire ſe
finxit:ꝛ illum gaudere amoꝛe ſuo:ꝛ tempus idoneū quęrere quo
inuicem affari poſſent|dixit·Interdū non fuiſſe loquendi opoꝛ/
tunitatem·Nonnunꝙ ſe mitti extra vꝛbem ſtuduit:ac in reditū
gaudia diſtulit·Sic diebus multis ęgrotum pauit animum· Et
ne per omnia mentiret̄:ſemel tm̄ adoꝛſus Eurialū:O ꝙ hic dile
ctus es ait·Nec illi quęrenti quod hoc eſſet|reſpondit·At Euri/
alus ſecreto cupidinis arcu percuſſus:nullam membꝛis quietꝫ
dabat:igne furtiuo populante : venaſqꝫ totas penitus voꝛabat
medullas·Non tn̄ Soſiam nouit:nec Lucretię miſſum putauit:
vt omnes minus ſpei habemus ꝙ cupiditatis·Hic vbi ardere ſe
vidit:diu pꝛudentiam ſuam miratus eſt:ſeqꝫ multotiens incre/
pauit·En Euriale quid ſit amoꝛis imperium tu noſti·Longi lu/
ctus:bꝛeues riſus·parua gaudia:magni metus·ſemper moꝛitur:

ꝛ nunq̄ꝫ moꝛtuꝰ eſt qui amat. Quid tu his nugis ĩmiſceas iteꝝ? At cũ ſe fruſtra niti videret: qd tandẽ ait incaſſum miſer amoꝛi repugno? Num me licebit qđ Juliũ licuit: quod Alexandrum: qđ Anibalẽ? Quid viros armatos refero? Aſpice poetas: Uirgilius ꝑ funẽ tractus ad mediã turrim pependit: dum ſe mulierculę ſperat vſurum amplexibus. Excuſet quis poetã vt laxioꝛis vitę cultoꝛem: quid de philoſophis dicemus diſciplinaꝝ magiſtris ꝛ artis bene viuendi pꝛęceptoꝛibus? Ariſtotelem tanq̄ꝫ equum mulier aſcendit: freno coercuit: ꝛ calcaribꝰ pupugit. Dijs ęqua ptãs eſt Cęſaꝝ. Non eſt verum quod vulgo dicitur: Non bene conueniunt nec in vna ſede moꝛãtur maieſtas ꝛ amoꝛ. Quis maioꝛ eſt amatoꝛ q̄ꝫ noſter Cęſar: quotiens hic amoꝛi operam dedit? Herculem dicunt qui fuit foꝛtiſſimus: ꝛ certa deoꝝ ſoboles: pharetris ꝛ leonis ſpolio poſitus: colum ſuſcepiſſe: paſſimq̄ꝫ aptari digitis ſmaragdos: ꝛ dari legem rudibus capillis: ꝛ manu qua clauam geſtare ſolebat pꝛoperante fuſo duriſſe fila. Naturalis eſt hęc paſſio. Sentit ignes genus aligerũ. Nam niger a viridi turtur amatur aue: Et varijs albę iunguntur ſępe columbę. Si verboꝝ memini quę ad Pharaonem Siculum ſcribit Sapho. Quid quadrupedes referam: mouet pꝛo coniugio bella iumentum. Timidi cerui pꝛęlia poſcunt: ꝛ concepti furoꝛis dant ſigna mugientes. Uruntur hircanę tigrides. Uulnificus aper dentes acuit. Peni quatiunt terga leones: cũ mouit amoꝛ. Ardent inſanię pō̃ti belup. Nihil ĩmune eſt. nihil amoꝛi negatum. odium parit cum iuſſit amoꝛ. Juuenum feroces concitat flãmas: ſenibuſq̄ꝫ feſſis rurſus extinctos reuocat caloꝛes. Uirginũ ignoto ferit igne pectus. Quid ergo naturę legibus renitar. Omnia vincit amoꝛ et nos cedamus amoꝛi. Hęc vbi firmata ſunt: lenã quęrit: cui lr̃as ad nuptã ferendas ꝯmittat. Niſus huic fidus comes erat: haruꝫ reꝝ callidus magiſter. hic ꝓuinciã ſuſcipit: mulierculã cõducit: cui lr̃ę ꝯmittunt̃: in hanc ſententiam ſcriptę.

¶ Ep̃la Euriali ad Lucretiam.

Salutarem te Lucretia meis ſcriptis: ſi qua mihi ſalutis

copia foret. Sed omnis salutis uiteq̃ spes ex te pendet. Ego te magis q̃ me amo. Nec te puto latere meũ ardorem lesi pectoris. Iudex tibi esse potuit uultus meus sępe lachrymis madidus: et quę uidẽte te emisi suspiria. Fer benigne te precor: q̃ me tibi aperio. Cepit me decus tuum: uinctumq̃ tenet eximia qua omnibus pręstas uenustatis gratia. Quid esset amor antehac nesciui. tu me cupidinis imperio subiecisti. Pugnaui diu fateor uiolentam ut effugerem dominam. Sed uicit meos conatus splendor tuus. Vicerunt oculorũ radij: quibus es sole potentior. Captiuus sum tuus: nec mei amplius cõpos sum. Tu mihi τ cibi τ potus usum abstulisti. Te dies noctesq̃ amo. te desidero. te uoco. te expecto. te cogito. in te spero. de te me oblecto. tuus est animus. tecũ sum totus. Tu me sola seruare potes: solaq̃ perdere. Elige horum alterum: τ quid mentis habeas rescribe. Nec durior erga me uerbis esto q̃ fueras oculis: quibus me colligasti. Non peto rem grandem: ut alloquendi te copiam habeam postulo. Hoc tantũ uolunt litterę meę: ut quę scribo dicere possim coram te. Hoc si das uiuo: τ fęlix uiuo. sin negas: extinguitur cor meum: quod te magis q̃ me amat. Ego me tibi τ tuę cõmitto fidei. Vale animę: τ uitę subsidium meę.

Has ubi gẽma signatas accepit lena: festino cursu Lucretiam petit: eaq̃ sola inuenta: hanc tibi epistolam inquit ex tota Cęsarea nobilior τ potentior curia mittit amator: utq̃ sui te misereat magnis precibus rogat. Erat lenocinio notata mulier. nec id Lucretiã latebat: pmolesteq̃ tulit nephãdã feminã ad se mitti: atq̃ in eã uersa: quę te ait scelesta in hanc domũ audacia duxit: quę te dementia adire meam pręsentiam suasit. Tu nobilium ędes ingredi: tu matronas tentare potentes: τ uiolare audes legitimas faces? Vix me contineo quin in capillos inuoluam tuos. Tu mihi des lr̃as? tu me alloquaris? tu me respicias? Nisi plus qđ me decet attenderẽ q̃ qđ tibi ꝯuenit: effi cerem hodie: ne posthac tabellas amatorias ferres. Iοti? uenefica: tuasq̃ lr̃as tecũ defer: imo da potius ut lacerẽ igniq̃ dedã.

Arripiensq; papirum in partes diuersas scidit: et calcatam sępe pedibus atq; consputam in cinerem proiecit: ac si de te sumi supplicium lena deberet: igne q̄ȝ vino dignior. Sed abi otius: ne te vir inueniat meus: ⁊ quas tibi remisi de te poscat pęnas. Caue/ toq; admodū: ne ante conspectum redeas meum. Timuisset alia mulier: sed hęc matronarū nouerat mores: ⁊ intra se inqt: Nunc vis maxime qđ te nolle ostendis. Moxq; ad illam: Parce inquit domina: putaui me benefacere: tibiq; placituȝ iri: si secus est: da veniam imprudentię meę: si non vis redeam/ parebo. tu quem despicias amatorem videris. Atq; his dictis e cōspectu recessit. Eurialo autē inuento: respira inquit felix amator: plus amat q̄ȝ amatur: sed nunc non fuit rescribendi otium. Jnueni męstā Lu/ cretiam. at vbi te nomino: tuasq; litteras dedo: hilarem vultum fecit: milliesq; papirum basiauit. nec dubita: mox responsum da/ bitur. Et abiens vetula cauit: ne amplius inueniretur: ne ꝑ ver bis referret verbera. Lucretia autem postq̄ȝ anus euasit: fragmē ta perquirens epistolę/ particulas quasq; suo loco reponit: et la/ cera verba conteruit: iamq; legibile cirographum fecerat. Quod postq̄ȝ millies legit: milliesq; deosculata: tandem inuolutum syn done inter pretiosa iocalia collocauit: ⁊ nunc hoc repetens/ nūc illud verbum: maiorem horatim bibebat amorem: Eurialoq; re/ scribere statuit: atq; hunc in modum dictatam epl̄am misit.

DEsine sperare quod assequi non licet Euriale. Parce lit teris ac nuntijs me vexare: ne me illaꝝ ex grege credito quę se vendunt. Non sum quam putas: nec cui submitte/ re lenam debeas. Quęre aliam incestandā: me nullus amor nisi pudicus sequatur. Cum alijs vt libet agito. Ex me nihil postu/ les. teq; me indignum scias. Vale.

HEc epistola q̄ȝuis durior Eurialo visa est: ⁊ contraria le/ nę dictis: viam tñ ostendit vltro citroq; lr̄as missitādi. Nec dubitauit Euriaľ credere cui fidē Lucretia prębu/ isset. sȝ angebať: quia sermonis Jtalici nescius erat: ideoq; fer/ uenti studio curabat ediscere. Et qꝛ sedulū faciebat amor: breui

tempoꝛe doctus euaſit: ſoluſq; ſibi dictauit epiſtolas qui pꝛius ab alijs mutuabatur quicquid Etruſco ſermone ſcribi opoꝛtuit. Reſpondit ergo Lucretię: nil ſuccenſendum eſſe ſibi ꝙ infamem fęminam ſubmiſerit: cum id ſe peregrinum lateret: qui alio vti nuntio non potuerat. Miſſionis amoꝛem fuiſſe cauſam: qui nihil quęreret inhoneſti. credere ſeipſam pudicam caſtiſſimamq;: atq; idcirco maioꝛi dignam amoꝛe. Inſolentem fęminam honoriſq; ſui pꝛodigam nedum ſe non diligere: ſed maximo odio pꝛoſequi. Pudicitia nanq; amiſſa nil eſſe quod in fęmina cõmendetur. Foꝛmam foꝛe delectabile bonum: ſed fragile caducũq;. ⁊ cui niſi pudoꝛ adſit nihil pꝛetij detur. Quę pudicitię foꝛmam adiunxerit: eam diuinam eſſe mulierem: ipſamq; vtraq; dote pollentẽ ſcire: ac pꝛopterea coli a ſe: ꝗ nihil ab ea peteret libidinoſum aut obfuturum famę. Optare ſe tm̃ alloqui: vt animũ ſuum qui ſcriptis plene oſtendi nequit: verbis aperiat. cumq; his litteris munera miſit: non ſolũ materia: ſed opere etiã pꝛetioſa. Ad hęc Lucretia ſic reſcripſit.

¶ Ep̄la Lucretię ad Eurialum.

ACcepi lr̄as tuas: iamq; nil amplius de lena queroꝛ. Q꞉ me ames nõ magni facio: quia nec pꝛimus es: nec ſolus quẽ mea foꝛma deceperit. Multi ⁊ amarũt ⁊ amant me alij: ſ; vt illoꝛum: ſic ⁊ tuus erit vacuus laboꝛ. Habere verba tecum nec poſſum: nec volo. Inuenire me ſolam niſi fias hyrundo non potes. Altę ſunt domus: ⁊ aditus cuſtodia clauſi. Munera tua ſuſcepi: quia oblectauit me opus illoꝝ. Sed ne quid tuũ gratis apđ me ſit: neue hoc pignus videatur amoꝛis: remitto ad te anulum quem matri meę vir dedit: vt apud te quaſi pꝛetium ſit venditoꝛum iocalium. Nec enim minoꝛis eſt pꝛetij gẽma eius ꝙ̃ munus tuum. Uale. His Eurialus ſic replicauit.

MAgno mihi gaudio fuit epiſtola tua: quę finem querelis fecit de lena. Sed angit me ꝙ amoꝛem paruipendis meũ Nã etſi te plures amãt: nulloꝝ tñ ignis ꝯparãdus ẽ meo At tu hoc non credis: quia loqui tecũ nequeo. Id ſi daretur: non

me contemneres· O vtinam possem fieri hyrundo:sed libentius transformari in pulicem vellem : ne mihi fenestram clauderes· At ego nō ꝙ nequeas:sed ꝙ nolis doleo· Nam quid ego nisi animum respicio· Ah mi Lucretia quid dixti te nolle · An si possis me nolis alloqui qui tuus sum totus : qui nihil cupio magis ꝙ̄ tibi gerere morem· quę si iubes in ignem ire : citius obediam ꝙ̄ pręcipias· Mitte obsecro verbum hoc· Si non datur facultas assit voluntas· Neqꝫ me verbis eneca : quę vitam mihi oculis prębes· Si non placet me alloquium petere:quia non sit impetrandum:obsequar· Sed muta sententiam illam qua meum laborem vacuum dixisti futurum· Absit hęc crudelitas· Mitior esto amāti tuo· Si pergis sic loqui:homicida es· Nec dubita : facilius me verbis interimes ꝙ̄ alius quiuis gladio · Desino iam plura poscere: vt redames tm̄ peto· Nihil hic est quod obijcias· Nemo potest hoc te prohibere· Dic te me amare:⁊ beatus sum· Munuscula mea quouismodo apud te sint:gratum est · Illa te aliquando mei admonebunt amoris· Sed parua illa fuerūt : ⁊ minora sunt quę nunc mitto· Tu tn̄ noli spernere qđ amator donat· Maiora quę indies ex patria mihi debent afferri:cū aderunt:ex me recipies· Anulus tuus nunꝙ̄ ex digito meo recedet:⁊ illum vice tua crebris osculis reddam madidum· Uale delitium meū:⁊ mihi qđ potes solamen dato· Sic cum frequenter replicatū esset:in hūc tandem modū Lucretia dedit epistolam·

¶ Epistola Lucretię·

Uellem tibi Euriale morē gerere:teqꝫ vt petis amoris mei participem facere·nam id tua nobilitas meret̄ : ⁊ mores tui deposcunt:vt incassum non ames· Taceo quantū mihi placeat forma tua:⁊ plena benignitate facies· Sed mihi non est vsui te vt diligam· Nosco meipsam·si amare incipiam:nec modum nec regulam seruabo· Tu hic diu esse non potes:nec ego te postꝙ̄ in ludum venerim possem carere · Tu me nolles abducere : et ego nollem manere· Mouent me multarum exempla : quę per peregrinos amantes desertę sunt ; ne tuum amorem sequar·

Jaſon Medeam decepit:cuius auxilio vigilem interemit draco/
nem:⁊ vellus aureum aſportauit· Tradendus erat Theſeus in
eſcam minotauro:ſed Hadrianę conſilio fretus euaſit·Jllam tñ
deſertam apud inſulã dimiſit·Quid Dido infelix quę profugum
recepit Eneam· Nonne illi peregrinus amor interitum dedit?
Scio quanti periculi ſit amorem extraneũ admittere:nec me tã/
tis obijciam diſcriminibus· Uos viri ſolidioris eſtis animi:furo
remq; magis compeſcitis· Fęmina vbi furere incipit:ſola poteſt
morte aſſequi terminum· Non amant ſed inſaniunt mulieres·
Et niſi correſpondeat amor: nil eſt amanti fęmina terribilius·
Poſtq̃ enim receptus eſt ignis:nec famam curamus:nec vitam·
Unicum remedium eſt:ſi copia ſit amantis·Nam quo magis ca/
remus:magis cupimus· Nec diſcrimen timemus vllum:dũmo/
do noſtrę libidini ſatiſfiat· Mihi ergo nuptę nobili diuiti con/
ſultum eſt amori viam pręcludere:⁊ tuo pręſertim:qui nõ poteſt
eſſe diuturnus:ne vel Rodoperaphilis dicar:vel altera Sapho·
Jdeo te oratum volo:ne vltra meum expoſcas amorem:⁊ tuũ vt
paulatim comprimas extinguaſq;· Nam id eſt viris q̃ fęminis
multo facilius· Nec tu ſi me vt dicis amas:id ex me quęrere de/
bes quod mihi exitio eſt·Sic pro tuis donis remitto auream cru
cem margaritis ornatam: quę licet breuis ſit:non tamen pretio
caret·Uale· Non tacuit Eurialus his acceptis: ſed vt erat no/
uis ſcriptis incenſus:calamũ ſuſcepit:atq; ſub hac forma dicta/
uit epiſtolam·

¶ Epiſtola Euriali ad Lucretiam·

SAlue mi anime Lucretia:quę me tuis lr̃is ſaluum facis:⁊
ſi nonnihil fellis immiſceas· Sed hoc ſpero me audito de
trahes·Uenit meas in manus tua ep̃la clauſa: ⁊ tua gem
ma ſignata·Hanc ⁊ legi ſępe:⁊ deoſculatus ſum ſępius· Sed hęc
aliud ſuadet q̃ tuus videat animus fuiſſe·Rogas me vt amare
deſinam: quia non expedit tibi peregrini flãmas amoris ſequi·
Et ponis exempla deceptaꝝ.Sed hoc tam ornate culteq; ſcribis
vt mirari magis ⁊ amare tuum ingenium debeam: q̃ obliuiſci·

Quis ille est qui tunc amare desinat: qn̄ prudentiorem τ sapien/tiorem animaduertit amicam. Si meum minuere volebas amo/rē: non oportuit doctrinā tuā ostendere. nā hoc est nō incensum extinguere: sed ignem maximum ex parua conflare fauilla. Ego dum legi magis exarsi: videns formę tuę pręclarę τ honestati cō/iunctam esse doctrinam. Uerba sunt tn̄ quibus rogas vt amare desinam. Roga montes vt in planum veniāt: vtq; fontes sua re/petant flumina. Tam possem ego te non amare: q̄ suum relin/quere phębus cursum. Si possunt carere niuibus Schytię mon/tes: aut maria piscibus: τ feris siluę: poterit τ obliuisci Eurialus tui. Non est pronum viris vt reris Lucretia flammas extingue/re. Nam quod tu nostro serui ascribis: pleriq; vestro assignant. Sed nolo hoc certamen modo ingredi. Ad ea me respōdere opor/tet: quę in aduersum retulisti. Jdcirco enim nolle te mihi corre/spondere amanti significas: qm̄ multas peregrinus amor decę/pit: exemplaq; ponis. Sz possem ego quoq; plures referre: quos feminę reliquerunt. Troylum sicut nosti Priami filium Crisis decepit. Deiphębū Helena prodidit. Amatores Circę suos medi/camentis vertebat in sues: atq; in aliarum terga ferarum. Sed iniquum est ex paucarum consuetudine totū vulgus censere. Nā si sic peregrinus: τ tu propter duos tres ue malos aut etiam decē viros omnes accusabis: horrebisq;! Et propter totidem feminas cetere omnes erūt odio mihi. Quin potius alia sumamus exem/pla. Qualis amor Antonij Cleopatręq; fuit: τ alioꝝ quos episto/lę breuitas referre nō finit. Sed tu Ouidium legisti: inuenistiq; post Troiam direptam Achiuorum plurimos dum remeant pe/regrinis retentos amoribus: nunq̄ in patriam reuertisse. Hęse/runt nāq; amatricibus suis: carereq; potius necessarijs: regnis: domo: τ alijs quę sunt in patria cuiq; gratissima voluerunt q̄ amicas relinquere. Hęc te rogo mi Lucretia cogites: non illa quę nostro sint amori aduersa: τ quę pauci fecerunt. Ego ea mē/te te sequor: vt perpetuo te amem: simq; perpetuo tuus. Nec tu me peregrinum dixeris. magis nāq; ciuis sum q̄ qui hic nascit̄.

Cum [illegible] q̃ casus facit [illegible] mixto electio. Nulla mihi patria erit: nisi vbi tu sis. Et q̃uis cõtingat abhinc me aliq̃n abire: reditus tamen festinus erit. Nec ego in Teutoniam reuertar: nisi res meas compositurus: ordinaturusq̃: vt tecum esse q̃diu possim. Facile manẽdi apud te reperietur occasio. Multa his in partibus negocia Cesaris sunt: hec mihi cõmitti expediẽda curabo. Nunc legatione fungar: nunc munus exercebo. Vicariũ in Etruria Cesarem h[illegible] oportet. Hãc ego prouinciam impetrabo. Ne dubita suauiu[illegible] me[illegible] mea Lucretia meum cor spes mea. Si viuere absq̃ corde possum: et te relinquere possum. Age iam tandem miserere amantis tui: qui tanq̃ ad solem nix liquescit. Cõsidera meos labores: et modũ iam deniq̃ meis martyrijs statue. Quid me tam diu crucias? Miror ego mei qui tot tormenta perpeti potuerim: qui tot noctes insomnes duxi: qui tot ieiunia toleraui. Vide q̃ macer sum: q̃ pallidus. parua res est que spiritũ corpori alligatum detinet. Si tibi aut parentes aut filios occidissem: nõ poteras de me maius q̃ hoc supplicium sumere. Si sic me punis qui te amo: quid illi facies qui tibi damnũ dederit aut malũ? Ah mea Lucretia: mea hera: mea salus: meũ refugium: suscipe me in gratiam. Demũ rescribe me tibi carum esse. nihil aliud volo. Liceat mihi dicere: Seruus Lucretie sum. Et reges et cesares amãt seruos vbi fideles norũt. Nec dij dedignant̃ redamare q amãt. Vale spes mea meusq̃ metus. Vt turris que fracta interius inexpugnabilis videt̃ exterius si admota acies fuerit mox confringitur. Sic Euriali verbis Lucretia victa est. Postq̃ enim sedulitatem amantis aperte cognouit: et ipsa dissimulatum patefecit amorem. atq̃ his litteris Euryalo se aperuit.

Epistola Lucretie.

NOn possum tibi amplius aduersari: nec te amplius Euriale mei amoris expertem habere possum. Vicisti: iamq̃ sum tua. O me miserã: que tuas suscepi lr̃as. Nimiũ multis exponenda sum periculis: nisi me tua fides et prudẽtia iuuet. Vide vt serues que scripsisti. In amorem iam tuum venio. Si me

deseris ⁊ crudelis ⁊ proditor ⁊ omnium pessimus es · Facile est
fęmellam decipere · Sed quanto facilius tanto turpius · Adhuc
res integra est · Si putas me deserendam : dicito anteq̃ magis
amor ardeat · Nec incipiamus quod postmodum incepisse pęni/
teat · Omnium rerum inspiciendus est finis · Ego vt fęminarum
est parum video · Tu vir es : te mei ⁊ tui curam habere oportet ·
Do me iam tibi : tuamq; sequor fidem · Nec tu[illegible] esse incipio : nisi
vt sim perpetuo tua · Vale meum pręsidium [illegible] ductor vitę ·
Post hanc plures epistolę missę vtrinq; su[illegible] tam ardenter
Eurialus scripsit : q̃ feruenter Lucretia respondit · Vnum iam
vtriusq; desiderium erat simul couueniendi · Sed arduum ac pene
impossibile videbatur omnium oculis Lucretiã obseruantibus
quę nec sola vnq̃ egrediebatur : nec vnq̃ custode carebat · Nec
tam diligenter bouem Junonis Argus custodiuit : q̃ Menelaus
fusserat obseruari Lucretiam · Vitium hoc apud Italos late pa/
tet : fęminam suam quasi thesaurum quisq; recludit : meo iudi/
cio minus vtiliter · Sunt enim fere huiusmodi mulieres omnes :
vt id potissime cupiant quod maxime denegatur : quę vbi velis
nolunt : vbi nolis cupiunt vltro · Hę si liberas habent habenas :
minus delinquunt · Erinde tam facile est inuitam custodire mu
lierem q̃ in feruenti sole pulicum gregez obseruasse · Nisi suapte
casta sit mulier : frustra maritus nititur apponere seruantes eã ·
Sed quis custodiet ipsos custodes ? Cauta est ⁊ ab illis incipit
vxor · Indomitum animal est mulier : nullisq; frenis retinendum
Erat Lucretię spurius frater : huic sępe tabellas cõmiserat Euri
alo deferendas · ⁊ hunc etiam sui amoris conscium fecerat · Cum
hoc igitur conuenitur : Eurialum vt clam domi suscipiat · Habi/
tabat hic prope nouercam suam Lucretię matrem : quam Lucre/
tia sępe visitabat : ⁊ ab ea sępius visitabatur · nec enim magno in/
teruallo distabant · Ordo ergo is erat : vt clauso in conclaui Eu/
rialo : postq̃ mater ecclesiasticas auditura cęrimonias exiuisset :
Lucretia superueniret tanq̃ matrem domi conuentura · qua nõ
inuenta reditum expectaret : interim vero apud Eurialum esset ·

Poſt biduum ſtatutus erat terminus·At hi dies tanq̃ anni viſi ſunt amantibus longi:vt bene ſperantibus horę productę ſunt: male ſuſpirantibus correptę· Sed non arriſit amantium deſiderijs fortuna·Preſenſit nanq̃ inſidias mater:atq̃ vt hic dies venit:egreſſa domum priuignum excluſit·Qui mox Eurialo triſte nuntium tulit: cui non magis q̃ Lucretię fuit moleſtum · Quę poſtq̃ detectos cognouit dolos:hac nõ ſucceſſit inquit:alia aggrediemur via [illegible] potens erit mater meis obſiſtere voluptatibus· Pandalus viro affinis erat:quem iam Lucretia fecit archanorum ſcium·nec enim poterat ignitus animus quieſcere·Significat igitur Eurialo:hunc vt alloquatur:quia fidus ſit:ꝛ cõueniendi viam poſſit monſtrare· At Eurialo non videbatur tutum illi ſe credere:quem Menelao ſemper herentem intuebatur: ꝛ ſubeſſe fallaciam verebatur· Inter deliberandum autem iuſſus eſt Eurialus Romam petere:atq̃ cum pontifice maximo de coronatione tranſigere·Quę res tum ſibi tum amicę moleſtiſſima fuit·Sed oportebat Cęſaris imperium ferre · Iter ergo mora duorum menſium fit· Lucretia interim domi manere:feneſtras claudere:męſtas induere veſtes:nuſq̃ exire · Mirantur omnes: nec cauſam ciues noſcere poterant·Quaſi ipſa vidua videbatur ꝛ tanq̃ ſol defeciſſet:cuncti ſe putabant in tenebris agere · Domeſtici qui eam ſępe incubantem lectulo ꝛ nunq̃ lętam videbãt ęgritudini imputabant:ꝛ quicquid remedioꝝ afferri poterat perquirebant·Sed nunq̃ illa vel riſit vel thalamũ egredi voluit:niſi poſtq̃ redire Eurialum:ꝛ illi Cęſarem obuiam iſſe cognouit· Tunc enim quaſi e graui ſomno excitata:lugubri veſte poſita:ꝛ ornamentis redimita prioribus:feneſtras aperuit:lętabundaq̃ illum expectauit·Quam vt Cęſar vidit:Ne nega amplius inquit Euriale:detecta res eſt·Nemo Lucretiam te abſente videre potuit: nunc quia rediſti auroram cernimus · Quis enim modus adſit amori?Tegi non põt amor:nec abſcõdi tuſſis· Iocaris mecũ vt ſoles Cęſar:ꝛ me in riſum ducis Eurialus ait·Ego qd hoc ſit neſcio·Hinnitus equoꝝ tuorum ꝛ prolixę barbę ſtrepitus tuę

illam forſitan ſic excitauit: atqꝫ ſic effatus: Lucretiam furtim aſ-
pexit: ⁊ oculos coniecit in oculos. eaqꝫ poſt reditum prima conſo-
latio fuit. Paucis deinde interiectis diebus: Niſus Euriali fi-
dus comes: dum anxius amici cauſę fauet: tabernam ſpeculatus
eſt: quę poſt Menelai domum ſita in Lucretię cameram retro-
ſum habebat intuitum. Cauponem igitur ſibi conciliat: ſpecta-
toqꝫ loco Eurialū adducit. Et hac inquit ex feneſtra alloqui Lu
cretiam poteris. Media inter vtranqꝫ domu[illegible]ca fuit: nec ho
mini nec ſoli acceſſa. Trium vlnarum diſt[illegible]eneſtram Lu-
cretię diſcriminabat. Hic diu conſedit amator: expectans ſi quis
caſus Lucretiam oſtenderet. nec deceptus eſt. Affuit tandē Lu-
cretia. Cunqꝫ huc atqꝫ illuc reſpiceret: Quid agis ait Eurialus:
vitę rectrix meę! Quo tendis lumina cor meum! Huc huc dirige
oculos pręſidium meum. Tuus hic Eurialus eſt. Me me aſſum
reſpice. Tu ne hic ades inquit Lucretia o mi Euriale! Jam te al
loqui poſſum: vtinam ⁊ amplecti valerem. At iſtud ait Eurialus
non magno conatu faciam. Scalam huc admouebo: tu obſera
thalamum. Amoris noſtri gaudium nimium diſtulimus. Caue
mi Euriale: ſi me vis ſaluam: feneſtra hic ad dexteram eſt: vici-
nuſqꝫ peſſimus. nec cauponi credendum eſt: qui parua pecunia
⁊ te ⁊ me perderet. Sed alia incedemus via. Sat eſt ſi hinc ſermo
ni noſtro patet acceſſus reſpondit Lucretia. At mihi Eurialus
inquit mors eſt hęc viſio: niſi te ſemel amplector: meiſqꝫ brachijs
teneo mediam. Diu ex hoc loco tractus eſt ſermo: miſſaqꝫ huic ꝑ
arundinem ſunt munera. Nec Eurialus in donis ꝙ̄ Lucretia li-
beralior fuit.

Senſit dolum Soſias: ſecūqꝫ fruſtra inquit amantū cona-
tibus obſto. Niſi aſtu prouideo ⁊ hera peribit: ⁊ dom⁹ in-
famiā ſubibit. Ex his malis ſati⁹ eſt vnū auertere. Amet
hera: nihil nocebit ſi clam fit. Jpſa pręamore cęca eſt: nec qd agat
ſatis proſpicit. Si non poteſt cuſtodiri pudicitia: ſatis eſt rumo-
rem tollere: ne domus infamis fiat: neue paricidiū ꝯmittat̄. Ad-
ibo ⁊ operam prębebo meam. Reſtiti quoad potui: ne cōmitteret̄

nephas. Id quia non licuit: meũ non eſt curare: vt qđ agitur oc/
cultum ſit. Parũ enim refert non agere: ꝛ ſic agere vt nemo ſciat.
Cõmune malum libido eſt: nec homo eſt quem peſtis hęc nõ agi
tet: ꝛ ille caſtior habet̃ qui cautior agit. Dumqꝫ ſic fatur Lucre/
tiam egreſſam thalamo videt: aggreſſuſqꝫ fęminam: Quidnam
eſt inquit: ꝙ nihil amoris mihi cõmunicas? Eurialus nihilomi/
nus tibi dilectus eſt: ꝛ vt clam ames: vide cui des fidem. Prim⁹
ſapientię gradus eſt: non amare. Secundus: vt ſic ames ne palã
fiat. Sola hęc ſine internuntio facere non potes. Quanta mihi
apud te ſit fides longo iam tempore didiciſti. ſi quid mihi com/
mittere vis: iube. Mihi maxima cura eſt ne amor iſte detegat̃: et
tu pęnam luas: ꝛ vir omniũ oblocutiões ferat. Ad hęc Lucretia:
ſic eſt vt ais Soſia inquit: ꝛ tibi magnã habeo fideȝ: ſed tu viſus
es neſcio quomodo negligens: ꝛ meis aduerſus deſiderijs. nunc
quia ſponte te offers: vtar obſequijs tuis: nec abs te decipi time
bo. Tu ſcis quantum ardeo. diu ferre non poſſum hanc flammã
Iuua me vt ſimul eſſe poſſumus. Eurialus amore lãguet: ꝛ ego
morior. Nil peius eſt q̃ꝫ obſtare cupiditati noſtrę. Si ſemel inui/
cem cõuenerimus: tempatius amabimus: ꝛ tectus erit amor nr̃.
Uade igitur: Eurialoqꝫ viam vnicã me accedendi dicito. Si ab
hinc quatriduo dum ruſtici frumentum afferunt vectoris perſo
nam induat: opertuſqꝫ ſacco triticum per ſcalas in horreũ ferat.
Tu te ſcis thalamũ meũ ad ſcalas habere oſtium: atqꝫ oĩa Euri/
alo dicito. Hic diẽ manebo: ꝛ dum erit tempus ſola in cubili ero.
Ipſe oſtium impellat dum ſolus ſit: ꝛ ad me ingrediat̃. Soſias
q̃ꝫuis arduũ facinus eſſet: maiora tñ veritus mala prouinciam
ſuſcipit: Eurialoqꝫ inuento cuncta ex ordine nuntiat. quę ille iu/
dicans leuia libenter amplectit̃: ſeqꝫ imperatis accingit: nec ali/
ud queritur q̃ꝫ nimiam moram. O inſenſatum pectus amantis.
O mentem cęcam. O animũ audacem: corqꝫ intrepidum. Quid
eſt tam nimiũ quod tibi non paruũ videatur? Quid tam ardu/
um quod planum non extimes? Quid tam clauſum qđ tibi non
ſit apertum? Tu omne diſcrimen parui facis. Tu nihil difficile

censes· Inanis est apud te omnis custodia maritorum · Nullę te leges tenent:nulli metus:nulli pudori obnoxius es· Omnis labor tibi est ludus · Tibi nil obstat vsquam · O rerum amor domitor omnium· Tu virum primatem Cęsari acceptissimum:diuitijs affluentem:ętate maturum:imbutum litteris:prudentia clarum eo perducis:vt posita purpura saccum induat:vultum fuco tegat:seruus ex domino fiat · Et qui nutritus in delitijs fuerat:iam humeros gestandis oneribus aptet:seq publicum baiulum mercede locet · O rem mirandam peneq incredibilem· Virum alioquin consilio grauissimum : inter cateruas vectorum cernere:atq in colluuie illaq fece hominum contubernium habuisse·Quis transformationem quęrat maiorem ! Hoc est quod Ouidius methamorphoseon vult : dum fieri ex hominibus aut bestias scribit/aut lapides/aut plantas · Hoc etiam ⁊ poetarum eximius Maro sensit : dum Cirthes amatores in terga ferarum verti cantauit·Nam ita est:ex amoris flamma sic mens hominis alienatur:vt parum a bestijs differat· Linquens croceum titanis aurora cubile:iam diem referebat optatum : morq suum rebus colorem apollo reddens : expectantem recreat Eurialum: qui tunc se fortunatum beatumq sensit : cum admixtum se vilibus seruis:nulli noscendum vidit·Pergit igitur·ingressusq Lucretię domum frumento se onerauit· positoq in horreum tritico vltimus descendentium fuit·Atq vt erat perdoctus ostium maritalis thalami quod in medio scalarum clausum videbatur impellit:seq intro recepit·Et reclusis foribus solam Lucretiam serico intentam vidit·Atq accedens propius:Salue mi anime inquit:Salue vnicum vitę presidium spesq meę·Nunc te solam offendi·Nunc quod semper optaui semotis arbitris te amplectar· Nullus iam paries:nulla distantia meis obstabit osculis·Lucretia quamuis ordinem ipsa dedisset:primo cōgressu stupuit:nec Eurialum sed spiritum putabat se videre:vt quę virum tantum ad ea pericula iturum sibi non suadebat· At vbi inter amplexus et

oſcula ſuum cognouit Eurialum: Tu ne es inquit paupercule? Tu ne hic ades Euriale? Et rubro per genas colore fuſo: complexaeſt artius hominem: ꝛ media fronte conſpicatur. Moxq; repetens ſermonem: Heu quanto ait te diſcrimini ſubieciſti. Quid amplius dicam? Jam me tibi chariſſimam ſcio. Jam tui amoris feci periculum. Sed neq; tu me aliam inuenies. Dij tamen fata ſecundent: ꝛ amori noſtro proſperum euentum dent. Dum ſpiritus hos regit artus: preter te nemo Lucretie potens erit. Nec maritus quidem: ſi maritum rite appello: qui mihi inuite datus eſt: ꝛ in quem animus nunq̃ conſenſit meus. Sed age mea voluptas: meum delicium: abijce ſaccum hunc: teq; mihi vt es oſtende. Exue vectoris ſpeciem. Hos funes miſſos face. Eurialum me videre concedito. Jam ille depoſitis ſordibus oſtro fulgebat et auro: ꝛ amoris in officium pronus ibat. Tum Soſias ante oſtiū pulſitans: Cauete inquit amantes: neſcio quid rerum querens Menelaus huc feſtinat. Tegite furta veſtra: doliſq; virum fallite. Nihil eſt ꝙ egredi putetis. Tum Lucretia: Latibulum inquit paruum ſub ſtrato eſt: illic pretioſe res ſunt. Scis tibi quid ſcripſerim. Si te mecum exiſtente vir aduentaret: ingredere huc. Tutus hic tenebris eris. Neq; te moueris: neq; ſcreatum dederis. Anceps quid agat Eurialus: mulieris imperium ſubit. Illa foribus patefactis ad ſericum redit. Tum Menelaus ꝛ vna Bertus aſſunt: cirographa nonnulla ad rempublicam pertinentia queſituri. Que poſtq̃ nullis ſunt inuenta ſcrinijs: In latibulo noſtro inquit Menelaus forſitan erunt. J Lucretia lumenq; affer: huc intus querendum eſt. His exterritus Eurialus vocibus exanguis fit: iamq; odiſſe Lucretiam incepit: atq; inter ſe: Heu me fatuum inquit. Quis me huc venire compulit: niſi mea leuitas? Nunc deprehenſus ſum: Nunc infamis fio: Nunc Ceſaris gratiam perdo. Quid gratiam? Utinam vita mea ſuperſit. Quis me hinc viuum eripiet? Emori certum eſt. O me vanum ꝛ ſtultorum omnium ſtultiſſimum. Jn hanc ſententiam volens cecidi. Quid hec amoris gaudia: ſi tanti emuntur?

Breuis illa voluptas est:dolores longissimi. O si nos hec pro re gno celorum subiremus. Mira est hominum inscitia. labores bre ues nolumus pro longissimis tolerare gaudijs. amoris causa cu ius letitia fumo comparari potest:infinitis nos obiectamus an gustijs. Ecce me ipsum. Jam ego exemplum:iam fabula omnium ero:nec quis exitus pateat scio. Hinc si me deorum quispiam tra xerit:nusquam me rursus amor illaqueabit. O deus eripe me hinc. Parce iuuentuti mee. Noli meas metiri ignorantias. Reserua me vt horum delictorum penitentiam agam. Non me amauit Lu cretia:sed quasi ceruum in casses voluit deprehendere. Ecce ve nit dies meus. Audieram ego sepe mulierum fallacias:nec decli nare sciui. At si nunc euasero: nulla me vnquam mulierum lingua deludet. Sed nec Lucretia minoribus vrgebatur molestijs:que non solum sui:sed amantis quoque saluti timebat. At vt est in pe riculis subitaneis:mulierum quam virorum promptius ingenium: excogitato remedio: Age inquit mi vir: cistella illic super fene stra est vbi te memini monumenta nonnulla recondisse. videa mus an illic cirographa sint inclusa: subitoque decurrens tanquam vellet aperire cistellam:latenter illam deorsum impulit:et quasi casu cecidisset: Proch mi vir ait: adesto ne quid damni sentia mus:cistella ex fenestra decidit:perge ocius: ne iocalia vel scri pture dispereant. Jte ambo:quid statis? Ego hinc ne quis furtum faciat oculis obseruabo. Uide audaciam mulieris. nunc et femi nis credito. Nemo tam oculatus est vt falli non possit. Js dum taxat non fuit illusus quem coniunx fallere non tentauit. Plus for tuna quam ingenio sumus felices. Motus hoc facto Menelaus Ber tusque vna repente in viculum se precipitant. Domus Etrusco mo re altior fuit:multique gradus descendendi erant. Hinc datum est Eurialo spatium mutandi locum:qui ex monitu Lucretie in no uas latebras se recepit. Jlli collectis iocalibus atque scripturis: quia cirographa quibus opus erat non repererant: ad scrinia iu xta que latuerat Eurialus transeunt:ibique voti sui compotes facti consalutata Lucretia recesserunt. Jlla obducto foribus pessulo

Exi mi Euriale : exi mi anime inquit· Ueni gaudioꝛum ſumma
meoꝛum·Ueni fons delectationum mearum:ſcaturigo lętitię:fa
uum mellis· Ueni dulcedo incomparabilis mea·Jam tuta ſunt
omnia·Jam noſtris ſermonibus liber campus patet· Jam locus
eſt amplexibus tutus·Aduerſari oſculis noſtris foꝛtuna voluit·
ſed aſpiciunt dij noſtrum amoꝛem:nec tam fidos amantes deſe/
rere voluerunt·Ueni iam meas in vlnas·nihil eſt quod amplius
vereare:meum lilium:roſarumqꝫ cumulus·Quid ſtas? Quid ti/
mes? Tua hic ſum Lucretia·Quid cunctaris Lucretiam ample
xari? Eurialus vix tandem foꝛmidine poſita ſeſe recepit:comple/
xuſqꝫ mulierem : nunqꝫ me inquit tantus inuaſit timoꝛ·Sed di/
gna tu es cuius cauſa talia tolerentur:nec iſthęc oſcula ⁊ tã dul
ces amplexus obuenire cuipiam gratis debent· Nec ego vt verũ
fatear:ſatis emi tantum bonum · Si poſt moꝛtem rurſus viuere
poſſem:teqꝫ perfrui : emoꝛi millies vellem : ſi hoc pꝛetio tui poſ/
ſent amplexus coemi·O mea fęlicitas·O mea beatitudo· Uiſum
video:an ita eſt? teneo te:an ſomnis illudoꝛ vanis? Tu certe hic
es·Ego te habeo·Erat Lucretia leui veſtita palla:quę membꝛis
abſqꝫ ruga hęrebat : nec vel pectus vel clunes mentiebatur · Ut
erant artus ſic ſe oſtendebant·Gulę candoꝛ niualis· Oculoꝛum
lumen tanqꝫ ſolis iubar · Jntuitus lętus·Facies alacris · Genę
veluti lilia purpureis mixta roſis · Riſus in oꝛe ſuauis atqꝫ mo/
deſtus·Pectus amplũ·Papillę quaſi duo punica poma ex vtroqꝫ
latere tumeſcebant:pꝛuritumqꝫ palpitantes mouebant·Non po/
tuit Eurialus vltra ſtimulum cohibere:ſed oblitus timoꝛis:mo
deſtiam quoqꝫ ab ſe repulit : aggreſſuſqꝫ fęminam : Jam inquit
fructum ſumamus amoꝛis : remqꝫ verbis iungebat · Obſtabat
mulier : curamqꝫ ſibi honeſtatis ⁊ famę foꝛe dicebat : nec aliud
eius amoꝛem qꝫ verba ⁊ oſcula poſcere· Ad quę ſubꝛidens Euri/
alus:Aut ſcitum eſt inquit me huc veniſſe : aut neſcitum·Si ſci/
tum : nemo eſt qui non cętera ſuſpicetur· Et ſtultum eſt infami/
am ſine re ſubire· Si neſcitum : ⁊ hoc quoqꝫ ſciet nullus·Hoc pi/
gnus amoꝛis eſt : Emoꝛioꝛ pꝛiuſ qꝫ caream· Ah ſcelus eſt inquit

Lucretia. Scelus est inquit Eurialus bonis non vti cum possis
At ego occasionem mihi concessam: tum quesitam: tum optatã
amitterem: Acceptaqꝫ mulieris veste pugnantem feminam que
vincere nolebat absqꝫ negocio vicit. Nec veneris satietatem vt
cognita Damoni Thamar peperit: sed maiorem sitim excitauit
amoris. Memor tandem criminis Eurialus: postqꝫ vini cibiqꝫ
paulisper hausit: repugnante Lucretia recessit. Nec sinistre quis
piam suspicatus est: quia vnus ex baiulis putabatur. Admiraba
tur seipsum Eurialus dum viam pergeret: secumqꝫ: o si nũc inqt
obuiam mihi se daret Cesar: meqꝫ agnosceret: quam illi habitus
hic suspitionem faceret? qꝫ me rideret. Fabula omnibus essem: et
illi iocus. Nunqꝫ me missum faceret: donec sciret omnia. Dicen
dum esset quid sibi hec rustica vestis vellet. Sed fingerem: non
hanc sed aliam me dicerem adijsse matronam. Nam et ipse hanc
amat. Nec ex vsu est meum sibi amorem patere. Lucretiam nunqꝫ
proderem: que me suscepit seruauitqꝫ. Dum sic loquitur: Nisum:
Achatem: Polimiũqꝫ cernit: eosqꝫ preit. Nec prius ab his cogni
tus est qꝫ domi fuit: vbi positis saccis pretertaqꝫ sumpta rerum
pandit euentum. Dumqꝫ quis timor: quod gaudium intercessit
memoriter narrat: nunc timẽti similis: nunc exultanti fit. Inter
timendum autem: Heu me stultum inquit: femine meum cõmisi
caput. Non sic me pater admonuit: dum me nullius femine fidẽ
sequi debere dicebat. Ille feminam animal esse dicebat: indomi
tum: infidum: mutabile: crudele: mille passiõibus deditum. Ego
paterne imemor discipline vitam meã muliercule tradidi. Quid
si me frumento oneratum aliquis agnouisset. quod dedecus. que
nam infamia mihi et meis posteris euenisset. Alienum me Cesar
fecisset: tanqꝫ leuem et insanum potuisset me ꝯtemnere. Quid si
me vir dum scrinia versat latentem inuenisset. Seua est lex iulia
mechis. Erigit tamẽ dolor mariti maiores penas qꝫ lex iulia cõ
cesserit. Necat hic ferro: necat ille cruentis verberibus: quosdam
mechos et mugulis necat. Sed putemus virũ pepercisse vite mee
Nonne me in vincula coniecisset: aut infamẽ Cesari tradidisset.

Dicamus ⁊ illius me man⁹ effugere potuiſſe:quia inermis erat:
mihiqꝫ fidus enſis hęrebat lateri·At vir comitatus erat:⁊ arma
ex pariete pendebant captu facilia· In domo longus famuloruꝫ
ordo·Clamores mox inualuiſſent: ⁊ oſtia fuiſſent clauſa· Tum
de me ſupplicium ſumptum fuiſſet· Heu dementem me· Nulla
me prudentia liberauit hoc diſcrimine:ſed caſus tantum· Quid
caſus? immo ⁊ promptum ingenium Lucretię·O fidam fęminā·
O matricem prudentem· O inſignem ⁊ nobiliſſimum amorem·
Cur me tibi non credam? Cur tuam non ſequar fidem? Mille mi
bi ſi aſſint ceruices:omnes tibi cōmittam· Tu fidelis es·tu cau
ta:tu prudens·ſcis amare ⁊ amantem tueri· Quis tam cito exco
gitare potuiſſet viam:qua me quęrentes auerteret:vt tu ipſa co
gitaſti·Tu mihi hanc vitam ſeruaſti:eandem tibi deuoueo· Nō
meum ſed tuum eſt quod ſpiro·Non erit mihi durum perdere ꝓ
pter te:quod per te teneo·Tu vitę meę ius habes:tu necis impe
rium·O candidum pectus· O dulcem linguam · O ſuaues ocu-
los·O ingenium velox·O membra marmorea:ſucciqꝫ plena · qn̄
ego vos reuiſam·quando iterum corallina labia mordebo? quā-
do tremulam linguam ori meo immurmurantem denuo ſentiam?
Papillas ne vnq̄ illas retractabo? Parum eſt Achates quod in
hac muliere vidiſti·Quo ꝓpior eſt fęmina eo formoſior eſt·Uti-
nam vna mecum fuiſſes · Non tam Candualis regis Libyę for-
moſa vxor fuit q̄ iſta eſt·Non miror illum voluiſſe nudam con-
iugem ſocio demonſtrare : vt plenius ſumeret gaudium · Ego
quoqꝫ itidem facerem : ſi facultas eſſet:Lucretiam tibi nudam
oſtenderem·Aliter autem nec tibi effari quanta ſit eius pulchri-
tudo poſſum·nec tu q̄ ſolidum q̄qꝫ plenum meum fuerit gau-
dium potes conſiderare·Sed congaude tu mihi:quia maior fu-
it voluptas mea q̄ verbis queat exponi·Sic Eurial⁹ cum Acha-
te·Nec pauciora ſecum Lucretia dicebat·Eius tamen tanto mi-
nor lętitia fuit:quo taciturnior· Alijs fidem non habuit:vt rem
poſſet referre· Soſię non audebat pręverecūdia totum narrare·

Pacorus interea Pannonius eques domo nobilis qui Cęsarem sequebatur: ardere Lucretiam cępit. Et quia formosus erat: redamari putabat: solamq; feminę pudicitiā obstare sibi rebatur. Illa sicut mos est nostris dominabus: oēs vultu blando intuebatur. Ars est siue deceptio potius: ne verus amor palam fiat. Insanit Pacorus: nec consolari potest: ni Lucretię mentem psentiat. Solent matronę Senenses ad primū lapidem sacellū diuę Marię qd in Bethleem nūcupant sępius visitare. Huc Lucretia duabus comitata virginibus & anu quadam proficiscebatur. Sequitur Pacorus: violamq; in manu gestans deauratis folijs: in cuius collo epistolam amatoriam subtilibus inscriptā membranis absconderat. Nec mirere. Tradidit enim Cicero Iliadem orationem ita subtiliter scriptam sibi ostensam fuisse: vt testa nucis clauderet̄. Offert violam Lucretię: seq; cōmendat Pacorus. Respuit donum Lucretia. Instat Pānonius magnis precibus. Tum anus: Recipe inquit hera donatū florē. quid times vbi nullum periculum? parua res est qua potes hūc militem placare. Secuta est Lucretia anilem suasionem: violāq; suscepit: parumq; vltra progressa: violam alteri ex virginibus tradidit. Nec diu post obuiam facti sunt duo studentes: qui virgunculam vt sibi florē traderet non magno negocio induxerūt. Apertoq; violę stipite: carmen amatorium inuenerunt. Solebat hoc hominū genus pergratū esse nostris matronis. Sed postq; Cęsaris curia Senas venit: irrideri: despici: & haberi odio cępit. quia plus armorū strepitus q̄ litterarum lepor nostras fęminas oblectabat. Hinc grandis liuor & simultas ingens erat: quęrebantq; togę vias omnes quibus nocerent sagis. Vt ergo inde dolus patuit: ad Menelaum mox itur: epistolamq; vt legat rogatur. Ille mestus domū pergit: vxorem increpat: domūq; clamoribus implet. Negat se ream vxor: remq; gestam exponit: & an⁹ adducit testimonium. Itur ad Cęsarem: fit quęrela. Vocat̄ Pacor⁹. Is crimen fatetur: petensq; veniam: nunq̄ se posthac Lucretiā vexaturum iureiurando confirmat: sciens tn̄ Iouem non irasci:

sed arridere periurijs amantum·Sterilem flāmam vt magis ꝓ/
hibitus erat eo diligentius sequebatur·Uenit hyems:quę exclu/
sis alijs ventis solum boream admittebat·Cadunt e cęlo niues·
Soluitur in ludum ciuitas·Jactant matronę in vicos: iuuenes
in fenestras niuem·Hinc nactus occasionem Pacorus:epistolā
alteram cęra includit:cęramqȝ niue cingit: factaqȝ pila in fene/
stram Lucretię iacit·Quis non omnia regi fortuna dicat? Quis
non fauorabilem eius cupiat flatum fati· Plus enim valet hera
benigni:q̄ si te Ueneris cōmendet epistola marti· Dicunt qui/
dam nil esse quod in sapiente queat fortuna·Hoc ego his sapien
tibus concedo qui sola virtute gaudent:qui ⁊ pauperes:⁊ ęgro/
ti:⁊ in thauro Phalaris clausi: vitam se credunt possidere bea/
tam·qualem nullum adhuc vel vidi: vel fuisse putarim· Com/
munis hominum vita fauoribus fortunę indiget·Hęc quos vult
eleuat:⁊ quos vult deprimit·Quis Pacorum perdidit:nisi fortu
na? Nonne prudentis consilij fuit in nodis violę clausisse tabel/
las:⁊ nunc beneficio niuis epistolam transmisisse? Dicet aliquis
fieri cautius potuisse·Qđ si hoc consilium fortuna iuuisset:⁊ cau
tus hic ⁊ prudentissimus iudicatus fuisset·Sed obstans fatum:
pilam ex Lucretię manibus lapsam apud ignem duxit:vbi solu/
tis calore niuibus:liquefactaqȝ cęra tabellas manifestauit·quas
tum vetulę quę se calefaciebant:tum Menelaus qui aderat perle
gerunt:nouasqȝ lites excitarunt:quas Pacorus non excusatione
sed fuga vitauit· Hic amor ex vsu venit Eurialo· Nam dum vir
ingressus ⁊ actus Pacori speculatur: insidijs Euriali locum fa/
cit·Uerumqȝ est quod dici solet:non facile custodiri quod a plu/
ribus impugnatur· Expectabant amantes post primum concu/
bitum secundas nuptias·Uiculus inter ędes Lucretię atqȝ vici/
ni perarctus erat:per quem pedibus in vtrunqȝ parietem porre/
ctis:in fenestram Lucretię haud difficilis pręhebatur ascensus.
Sed huc ascendere solum noctu licebat·Menelao petendum rus
erat:ibiqȝ pernoctandum·qui dies ab amantibus tanq̄ saturna
liorum expectabatur·Fit recessus· Mutatis Eurialus vestibus

in viculum se recepit·Stabulum illic Menelaus habebat: quod Eurialus docente Sosia ingressus est: ibiq3 noctem manens sub feno latebat· Tum ecce Dromo qui erat Menelai secundus famulus: equis prepositus: impleturus presepia: fenum et Euriali latere suscipit: eratq3 amplius suscepturus: ac Eurialum furca percussurus: nisi Sosias obuiasset· Qui vt discrimen agnouit: Da mihi hanc operam ait frater bone· Ego pabulum equis prebebo· Tu interea loci vide an nobis cena instructa sit· Gaudendum est dum herus abest· Melius est nobis cum domina q3 cum illo· Hec iocunda est τ perliberalis· Jlle iracundus clamorosus auarus difficilis· Nunq3 nobis bene est dum ille adest· Vides ne ventres nostros q3 iniquo castigat medio: qui semper esurit vt nos fame cruciet· Nec sinit muscida frustra cerulei panis consumi: sed hesternum munical seruat in mensam: vniusq3 cene siluros τ anguillas salsas in alteram differt: τ numerata fila sectini porri ne quid tangamus signata recludit· Miser qui per hec tormenta querit diuitias· Nam quid stultius q3 viuere pauperem vt locuples moriaris· Quanto melius hera que non contenta vitulis nos pascere τ teneris hedis: gallinas quoq3 turdosq3 ministrat: τ vini copiam melioris· Dromo cura vt q3 vncta popina sit· Jstud inquit Dromo cure habebo: τ mensaȝ potius q3 equos fricabo· Herum ego hodie in rus duxi: qui sibi male succedat· Nunq3 mihi verbum dixit: nisi vesperi cum me remisit et equos· renuntiariq3 domine iussit: non se rediturum hac nocte· Laudo te Sosia: qui tandem odisse cepisti domini mores· Ego iam mutassem dominum: nisi me domina matutinis retinuisset offellis Nihil dormiendum est hac nocte· Bibamus roremusq3 donec veniat dies· Non tantum per mensem lucrabitur herus: quantum nos vna cena consumemus· Audiebat hec Eurialus libens: tametsi mores seruorum notabat: τ idem sibi fieri non dubitaret Et cum Dromo abisset: surgens Eurialus: O q3 inquit beatam noctem Sosia tuo beneficio sum habiturus: qui me huc duxti: et

ne patefierem probe curasti. Uir bonus es: meritoque te amo: nec tibi non gratus inueniar. Aderat hora pręscripta lętus Euria/ lus: quamuis duobus perfunctus discriminibus murum ascendit. Ad apertam fenestram subintrat. Lucretiam iuxta foculum se/ dentem paratisque obsequijs expectantem reperit. Illa vt aman/ tem agnouit: assurgens medium complexa est. Fiunt blanditię. Dantur oscula. Itur in venerem tensis velis: fessamque nauigio cytharam nunc ceres reficit/ nunc bachus. Heu quam breues volu/ ptates sunt: quam longe sollicitudines. Uix horam Eurialus lętam habuerat: cum ecce Sosiam qui reditum Menelai nuntiat gau/ diumque perturbat. Timet Eurialus. fugere studet. Lucretia mē/ sis absconditis obuiam viro pergit: reuersumque salutat. Et o mi vir inquit quam bene redisti. Nam ego te iam villicum rusticatum rebar. Quid tu tamen ruri tam diu? Caue ne quid olfaciam. Cur non domi manes? Quid me contristari tua absentia studes? Sē/ per dum abes timeo tibi. Tu ne quam ardeas formido: vt sunt infidi vxoribus suis viri. Quo metu si vis me soluere: nunquam fo/ ris dormias. Nec enim sine te nox est mihi vlla iocunda. Sed cę/ na hic iam: post cubatum ibimus. Erant tum in aula vbi fami/ lia prandere solet: ibique virum detinere Lucretia nitebatur: do/ nec Eurialus abeundi spatiū suscepisset: cui necessaria est moru la quędam. Menelaus aūt foris cęnatus erat: seque in thalamū re cipere festinabat. Tum Lucretia: parū me amas inquit: cur non potius domi apud me cęnasti? Ego quia tu aberas: nec comedi hodie nec bibi quicquam. Uenerunt tn̄ villici ex Rosalia nescio quid vini portātes. optimū esse ferebāt Trebeianū. Ego pręmęstitia nihil gustaui. Nunc quoniam ades: eamus si placet in cellariū intror/ sum: gustemusque vinū: si vt illi dixerūt tā suauissimū sit. Hisque di ctis: laternā dextera: virū sinistra manu recepit: et ī infimū penu descēdit. tāque diu nūc hūc/ nūc illū cadū terebrauit: ac cū viro po tizauit: donec Eurialū putauit abisse: ac ita demū ad īgratos hi meneos cū viro trāsiuit. Euriał⁹ intēpesta nocte domū repetijt.

Sequenti luce:siue q̄ sic expediebat camerę:siue suspitio mala fu
it:fenestram Menelaus obstruxit·Credo vt sunt cōciues nostri
in cōiecturis acuti:suspitionumqȝ pleni:timuisse Menelaum lo/
ci cōmoditatem:vtqȝ parum fidebat vxori occasiōem demere vo
luisse·Nam etsi nihil conscius erat illi:vexatam tamen fęminam
multisqȝ dietim tentatam precibus non ignorabat· Et animum
cognoscebat mulieris instabilem:cuius tot sunt volūtates quot
in arboribus folia· Sexus enim fęmineus nouitatis est auidus:
raroqȝ virum amat cuius copiam habet· Sequebatur ergo viam
maritorum promulgatam:quorum opinio est : infortunium bo/
nis excludi custodijs·Erepta est huic cōueniendi facultas · Nec
mittendis litteris permissa libertas est · Nam ⁊ cauponem qui
post ędes Lucretię vinariam tabernam conduxerat:ex qua sole/
bat Eurialus affari Lucretiam:ac litteras per arundinem mit/
tere:sicuti Menelaus suasit:magistratꝰ expulit · Restabat solus
oculoꝝ intuitus:nutuqȝ tantum se consultabant amantes· Neqȝ
istac amoris extrema linea cōmode perfrui poterāt·Erat ingens
dolor:vterqȝ cruciatus morti similis : quia nec amoris poterant
obliuisci:nec in eo perseuerare· Dum sic anxius Eurialus quid
consilij capiat meditatur : venit in mentem Lucretię monitum:
quod de Pādalo scripserat Menelai sobrino : peritosqȝ medicos
imitatus : quibus mos est in periculosis ęgritudinibus anceps
adhibere medicamentum : ⁊ vltima potius experiri:q̄ȝ sine cura
morbum relinquere· Aggredi Pandalum statuit : remediumqȝ
suscipere quod ante refutarat·Huic igitur accersito ⁊ in penitio/
rem partem domus vocato:Sede inquit amice:rem grandem ti
bi dicturus sum indigentem his quas in te scio sitas:diligentia
fide ⁊ taciturnitate · Volui iamdudum hęc tibi dixisse : sed non
eras mihi adhuc plene cognitus·Nunc ⁊ te nosco:⁊ quia proba/
tę fidei es amo ⁊ obseruo · Qꝛ si aliud de te non scirem : satis est
quia omnes tui conciues te laudant : tum comites mei : quibus
cum amicitiam conflauisti·⁊ qui sis:⁊ quanti pendendus me cer

tum fecere. Ex quibus te cupere meam beniuolentiam didici. Cu
ius iam te facio participem: quia non minus illa es dignus q̃
ego sum tua. Nunc quid velim: quoniam inter amicos res agit:
paucis exponam. Tu scis mortale genus q̃ in amorem sit pnũ.
Seu virtutis est seu vitij late patet ista calamitas. Nec cor est si
modo carneum est: quod amoris non aliquando sentiat stimu-
los. Scis quia nec sanctissimum Dauid: nec sapientissimum Sa
lomonem: nec Sampsonem fortissimum ista passio dimisit im-
munem. Incensi preterea pectoris et amoris improbi ea natura
est: vt si quis prohibeatur/ magis ardeat. Nulla re magis ista cu
ratur pestis q̃ dilecti copia. Fuerunt plures/ tum viri/ tum muli
eres: tam nostra q̃ maiorum nostrorum memoria: quibus inhi-
bitio durissime necis fuit occasio. Contra vero plures nouimus
qui post concubitum et amplexus passim concessos: mox furere
desinerunt. Nihil consultius est postq̃ amor ossibus hesit q̃ fu-
rori cedere. Nam qui aduersus tempestatem nititur: sepe naufra
gium facit. Et qui obtemperat procelle/ superat. Hec ideo dixi: q2
te scire amorem meum volo: et quid mei causa sis facturus. Tibi
quod emolimentum hinc sit oriturum/ non tacebo: quia iam mei
cordis alteram te reputo partẽ. Ego Lucretiam diligo: neq; hoc
mi Pandale mea culpa est factum: sed regente fortuna: in cuius
manu est quem colimus orbis. Mihi non erant noti mores ve-
stri: nec huius vrbis consuetudines noram. Putabam ego femi-
nas vestras quod oculis monstrant in corde sentire. Hinc dece-
ptus sum. Credidi nanq; amatum me Lucretie fore: dum me lu-
minibus intuebatur placidis. cepiq; contra diligere. Nec tam ele
gantem dominam dignam putaui: cui vices nõ redderent amo
ris. Nondum te noram vel tuum genus. Amaui putans amari.
Quis enĩ tã saxeus est aut ferreus: qui non amet amatus. Sed
postq̃ fraudes noui: meq; dolis irretitum: ne meus sterilis esset
amor: nisus sum omnibus artibus illam incẽdere: vt par pari re-
ferretur. Ardere nanq; nihilq; vrere: tum rubor erat: tũ anxietas

animi:quę me die noctuq; mirum in modum cruciabat: ac adeo introrsus vt egredi nullo pacto valeret. Factum est igitur vt me continuante par sit amor amborum. Illa incensa est: ego ardeo. Ambo perimus: nisi tu sis adiumento. Uir custodit & frater. Nõ tam vellus aureum peruigil draco seruabat: nec aditũ horti Cerberus: q̃ ista diligenter recluditur. Non ego familiam vestram scio: quia nobiles estis inter primores vrbis: diuites: potentes: amati. Utinam nunq̃ nouissem hãc feminam. Sed quis est qui possit resistere fatis? Non elegi hanc: sed casus dedit amandam. Sic se res habet. Tectus adhuc amor est. Sed nisi bene tegatur: magnum aliquid/quod superi auertant/malum pariet. Possem ego forsitan me compescere: si hinc abirem. Quod quanq̃ esset mihi grauissimũ: facerem tamen vestrę familię gratia: si hoc putarem ex vsu. Nosco illi9 furorem: Aut me sequeretur: aut manere coacta manus sibi consciret: quod esset dedecus perpetuũ vestrę domus. Q̃ igitur te volebam: teq; vocaui: nostri causa est: vt obueniemus his malis. Nec alia via est: nisi vt amoris nostri aurigam te prębeas: curesq; vt bene dissimulatus ignis non fiat apertus. Ego me tibi cõmendo: do: deuoueo. Obsequere nostro furori: ne dum oppugnatur magis incẽdatur. Cura vt simul cõuenire possimus: quo facto: mox humiliabitur ardor: tolerabiliorq; reddetur. Tute scis aditus domus. Scis quando vir abest. Scis quando valeas introducere. Frater viri aduertendus est: qui est ad has res nimium perspicax: Lucretiamq; tanq̃ locum germani teneat magna cura custodit. Inuersaq; Lucretię verba: auersas ceruices: gemitus: screatus: tussim: risus attente cõsiderat. Hunc eludere sententia est: nec sine te fieri potest. Assis ergo: & quando absfuturus sit vir me instrue: remanentemq; fratrem diuerte: ne custos affixus Lucretię sit: neue custodes adhibeat alios. Tibi credit: & quod dij farint hanc fortasse ꝓuinciaʒ tibi cõmittet: quam si susceperis: & me iuueris vt spero: iuuanda res est. Poteris enim me clam dum cęteri dormiẽt intromittere:

ꝛ amorem lenire furentem. Ex his quot emergãt vtilitates arbi/
tror te ꝑ tua prudẽtia palam cernere. Seruabis nanq̧ in primis
honorẽ dom⁹: amorẽ tegens: qui nõ posset absq̧ via infamia ma
nifestari. Sobrinã tuam in vita tenebis. Menelao vxorem custo
dies: cui non tam obest vna nox mihi concessa nescijs oĩbus: q̃
si sciente populo illam perdiderit me sequentem. Nupta Senato
ri Romano secuta est Ippia ludum Apharon ꝛ Nilum. famosaq̧
mẹnia Lagi. Quid si me domi nobilem atq̧ potentẽ Lucretia se
qui statuat: quod dedecus vestri generis: quis populi risus: quẹ
nedum vestra/ sed totius ciuitatis infamia? Diceret forsitan ali
quis: absumenda potius ferro: aut extinguenda venenis est mu
lier: q̃ id agat. Sed ve illi qui se humano sanguine polluit: ꝛ ma
iori scelere vindicat minus. Non augenda sunt mala: sed minu/
enda. Nos hoc scimus ex duobus bonis melius eligendum: aut
ex malo ꝛ bono quod sit bonum: sed ex malis duobus qḋ minus
obsit. Oĩs via periculi plena est. Sed hẹc q̃ monstro minus ha/
bet discriminis: per quam neduȝ tuo sanguini consules: sed etiã
mihi proderis: qui pene insanio: duȝ mei causa Lucretiam video
cruciari: cui potius odio esse vellem q̃ te rogare. Sed hic sum⁹:
eo deducta res est: vt nisi tuis artibus: tua cura: ingenio: atq̧ sol
licitudine nauis regatur: nulla salutis spes maneat. Iuua igiẗ
ꝛ illam ꝛ me: tuãq̧ domũ absq̧ nota conserua. Nec me putes in/
gratũ. Scis apud Cẹsarem quãti sim. quicquid petieris impetra/
tum tibi efficiã. Et hoc ante oĩa polliceor: doq̧ fidem: Palatinũ
te comitem futurũ: oẽmq̧ tuã posteritatẽ hoc titulo gauisuram.
Ego tibi Lucretiã: meq̧ ꝛ nostrũ amorẽ: ꝛ famã nostrã: ꝛ tui ge/
neris decus cõmitto: tuẹq̧ mãdo fidei. Tu arbiter es. oĩa hẹc in
te sita sunt. Uide quid agas. ꝛ seruare potes ista ꝛ perdere.

Subrisit his auditis Pandalus: factaq̧ morula: Norã hẹc
Euriale dixit: ꝛ vtinam nõ accidissent. Sed eum in locum
sicut abs te dictũ est res redijt: vt necesse sit me quod iu/
bes efficere: nisi ꝛ nostrũ genus affici contumelijs: ꝛ scandalum

ingens cupiam exoriri· Ardet mulier sicut dixi: ⁊ impotens sui
est· Nisi occurro ferro se fodiet: aut ex fenestris se dabit precipitē·
Nec vite iam sibi nec honoris est cura· Ipsa mihi suū ardorē pate
fecit· Restiti: increpaui: lenire flammā studui· Nihil profeci· Oīa
propter te paruifacit· Nihil sine te curat. Tu illi in mente semꝑ
sedes· Te petit: te desiderat: te solum cogitat· Sepe me vocitās:
Audi precor Euriale dixit· Sic mulier ex amore mutata est: vt iā
non eadem videatur· Heu pietas: heu dolor· Nulla prius in vrbe
tota vel castior vel prudentior Lucretia fuit· Mira res: si tan-
tum iuris natura dedit amori in mentes humanas· Meden-
dum est huic egritudini· Nec alia cura est: nisi quam tu mon-
strasti· Accingam me huic operi: teq; dum tempus erit cōmone-
faciam· Nec ex te gratiam quero: quia nō est officiū boni viri: cuꝫ
is nihil promereat̄: gratiā poscere· Ego vt vitem infamiam no-
stre iminentem familie/hoc ago: nec sum premiandus· At enim
Eurialus inquit: ego vel sic tibi gratiā habeo: ⁊ creari te comitē
vt dictum est faciam: modo tu dignitatem istam nō spernas· Nō
sperno inquit Pandalus: sed ne hinc profecta sit volo· Si ventu-
ra est: libere veniat· Nihil ego ꝯditionale facio· Si potuisset hoc
te nesciente fieri mea vt opera apud Lucretiā esses: libentius id
egissem· Vale· Et tu vale retulit Eurialus· Postq̄ animū reddi-
disti: fac: finge: inueni: effice: vt simul simus· Laudabis inquit
Pandalus: letusq; abijt: q̄ tanti viri gratiā inuenisset: tum q̄ se
iā comitē esse sperabat· Cui⁹ dignitatis tāto erat auidior: quan-
to se minus cupere demonstrabat· Sunt enim homines quidam
vt mulieres: que cū maxime nolle dicunt: tū maxime volunt· Hic
lenocinij mercede sortitus est comitatū: ⁊ aureā bullā sue nobili-
tatis posteritas demōstrabit· In nobilitate multi sunt gradus
mi Mariane: ⁊ sane si cuiuslibet originem queras: sicut mea sen-
tētia fert: aut nullas nobilitates inuenies: aut admodū paucas:
q̄ sceleratū nō habuerint ortū· Cū· n· hos dici nobiles videam⁹ q̄
diuitijs abundant: diuitie vero raro virtutis sunt comites: quis

non videt oꝛtum eſſe nobilitatis degenerem! Hunc vſurę dita/
runt:illum ſpolia:pꝛoditiones alium· Hic beneficijs ditatus eſt
ille adulationibus· Huic adulteria lucrũ pꝛębent:nonnullis mē
dacia pꝛoſunt. Quidam faciunt ex coniuge quęſtum:quidam ex
natis· Pleroſq; homicidia iuuant · Rarus eſt qui iuſte diuitias
congreget· Nemo faſcem amplum facit:niſi qui omnes metit her
bas· Congregant homines diuitias multas: nec vnde veniant:
ſed ꝙ multę veniant quęrunt· Omnibus hic verſus placet : Un/
de habeas quęrit nemo:ſed opoꝛtet habere · Poſtꝙ vo plena eſt
archa:tum nobilitas poſcitur:quę ſic quęſita:nil eſt aliud ꝙ pꝛę
mium iniquitatis · Maioꝛes mei nobiles habiti ſunt · Sed nolo
mihi blandiri:non puto melioꝛes fuiſſe ꝑauos meos alijs:quos
ſola excuſat antiquitas:quia non ſunt in memoꝛia eoꝛum vitia·
Mea ſententia nemo eſt nobilis:niſi virtutis amatoꝛ· Nō miroꝛ
aureas veſtes:equos:canes:oꝛdinem famuloꝝ : lautas menſas:
marmoꝛeas ędes:villas:pꝛędia:piſcinas:viridaria:ſiluas· Nam
⁊ hęc oīa ſtultus aſſequi poteſt·quem ſi quis nobilez dixerit:ipſe
fiet ſtultus· Pandalus noſter lenocinio nobilitatus eſt·

NOn multis poſt diebus ruri inter Menelai ruſticos rixa
tum eſt:⁊ occiſi nonnulli:qui plus ęquo biberāt· Opuſq;
fuit ad res componendas Menelaum pꝛoficiſci· Tũ Lu/
cretia mi vir inquit:grauis es homo debiliſq;:equi tui grauiter
incedunt·quare gradarium aliquem recipe cōmodatum· Cumq;
ille percunctaretur vbinam eſſet aliquis: Optimum inquit Pan
dalus niſi falloꝛ Eurialus habet:⁊ tibi libens cōcedet: ſi me vis
petere· Pete inquit Menelaus· Rogatus Eurialus:mox equum
iuſſit adduci:idq; ſui gaudij ſignum recepit:ſecumq; tacite dixit
Tu meum equum aſcendes Menelae:ego tuam vxoꝛem equita/
bo· Conuentum erat vt noctis ad hoꝛam quintam in vico Euria
lus eſſet:ſpectaretq; bene ſi cantantem Pandalum audiret· Ab/
ierat Menelaus : iamq; cęlum noctis obduxerant tenebꝛę· Mu/
lier ī cubili tempus manebat· Eurialus ante foꝛes erat : ſignũq;

mozabatur:nec cantum audiebat:nec screatum·Jam pręterierat
hora:⁊ vt abiret Eurialus suadebat Achates:delusumq; dicebat
Durum erat amanti recedere:⁊ nunc vnam/nunc aliam causam
manendi quęrebat·Non canebat Pandalus : quia Menelai fra/
ter domi manserat:⁊ omnes aditus scrutabatur:ne quid insidia
rum fieret:noctemq; trahebat insomnem·Cui Pandalus : Nun/
quam ne inquit hac nocte cubatum ibimus? Jam nox medium
poli transcendit axem : ⁊ me grauis occupat somnus · Miroz te
cum iuuenis sis senis habere naturam:quibus siccitas somnum
aufert:nec vnq̄ dozmiunt nisi paululum ante diem:cum currus
voluitur septentrionalis Elices : cum iam tempus esset surgen/
di·Eamus iam tandem dozmitum · quid sibi volunt hę vigilię?
Eamus inquit Agamennon:si tibi sic videtur· Antea tamen in/
spiciendę sunt fozes : an satis firmatę sint : ne furibus pateant·
Veniensq; ad ostium:nunc vnam/nunc aliam seram admouit:et
pessulum addidit·Erat illic ingens ferrum:quod vix duo pote/
rant eleuare:quo nonnunq̄ ostium claudebatur· quod postquā
Agamennon mouere non potuit : Juua me inquit Pandale:ad/
moueamus ferrum hoc ostio:tum dozmitum ibimus · Audiebat
hos sermones Eurialus:⁊ actum est tacitus ait:si hoc ferramen
tum adiungitur· Tum Pandalus:quid tu paras Agamennon?
Tanq̄ domus obsidenda sit firmare ostium paras· An tuta su/
mus in ciuitate? Libertas hic est:⁊ quies omnibus eadem. Tu;
hostes procul sunt quibus cum bella gerimus Flozentini·Si fu/
res times:sat clausum est·Si hostes:nihil est quod in hac domo
te possit tueri·Ego hac nocte non subibo hoc onus : quia scapu/
las doleo:⁊ infra sum fractus:nec gestandis oneribus sum ido/
neus·Aut tu leua : aut sine · Vah satis est inquit Agamennon:
dozmitumq; cessit · Tum Eurialus : manebo hic adhuc hozam
ait:si fozte aliquis adaperiat·Tedebat Achatem mozę:tacitusq;
maledicebat Eurialo : qui se tam diu retineret insomnem · Nec
diu mansum est:cum per rimulam visa est Lucretia parum quid

luminis secum ferens. Versus quam pergens Eurialus: Salue mi anime Lucretia dixit. At illa exterrita fugere primum voluit. Exinde recogitans: quis tu es vir ait. Eurialus tuus inquit Eurialus. Aperi mea voluptas: iam mediam noctem hic te operior. Agnouit Lucretia vocem: sed quia simulationem timebat: non prius ausa est aperire: quam secreta inter se tantum nota perceperit. Post hec magno labore seras remouit. Sed quia plurima ferramenta fores retinebant: que manus feminea ferre non poterat: ad semipedis duntaxat amplitudinem ostium patuit. Nec hoc ait Eurialus obstabit: extenuansque suum corpus per dexterum latus intra sese coniecit: mulieremque mediam amplexatus est. Achates extra in excubijs mansit. Tum Lucretia siue timore nimio siue gaudio examinata: inter Euriali deficiens brachia pallida facta est. Et amisso verbo ac oculis clausis: per omnia similis mortue videbatur: nisi quod adhuc calor pulsusque manebat. Exterritus Eurialus subito casu quid ageret nesciebat: secumque si abeo inquit mortis sum reus: qui feminam in tanto discrimine deseruerim. Si maneo: interueniet Agamennon aut alius ex familia: et ego perierim. Heu amor infelix: qui plus fellis quam mellis habes. Non tam absintheum est amarum quam tu. Quot me iam discriminibus obiecisti? Quot mortibus meum caput deuouisti? Hoc nunc restabat: meis in brachijs vt feminam exanimares? Cur non me potius interemisti? Cur non me leonibus obiecisti? Heu quam optabilius erat in huius me potius gremio: quam istam in meo sinu defecisse? Vicit amor virum: abiectaque proprie cura salutis: cum femina mansit: eleuansque altius mutum corpus: atque deosculans: madidus lachrymis Heu Lucretia inquit: Vbinam gentium es? Vbi aures tue? Cur non respondes? Cur non audes aperire oculos? Obsecro meque respice. Arride mihi vt soles. Tuus hic Eurialus adsum. Tuus te amplectitur Eurialus. Mi anime: cur non me contra basias meum cor? Obijsti: an dormis? Vbi te queram? Cur si mori volebas non me monuisti vt occidissem vna?

Nisi me audis: en iam latus meum aperiet gladius: vt nos am/
bos habeat exitus vnus. Ah vita mea: suauium meũ: delitię meę
spes vnica mea: integra quies. Siccine te Lucretia perdo. Attol/
le oculos. Eleua caput. Nondum mortua es video. Adhuc cales.
adhuc spiras. cur mihi non loqueris? Sic me recipis? Ad hęc me
gaudia vocas? Hanc mihi das noctem? Assurge oro requies mea
Respice tuum Eurialum. Eurialus adsum tuus. At sic fatus: la/
chrymarum flumine super frontem et mulieris tympona pluit:
quibus tanq̃ rosa aquis excitata mulier: quasi de graui somno
surrexit: amãtemq; videns: Heu me inquit Euriale: vbinam fui?
Cur me non potius obire finisti? Beata iam moriebar in tuis ma
nibus. Utinam sic excederem anteq̃ tu hac vrbe discederes. Dũ
sic inuicem fantur: in thalamum pergunt: vbi talem noctem ha/
buerunt: qualem credimus inter duos amantes fuisse: postq̃ na
uibus altis raptam Helenam Paris abduxit. Tamq; dulcis ista
nox fuit: vt ambo negarent inter martem veneremq; fuisse. Tu
meus es Ganimedes: tu meus Hyppolitus: Diomedes meus di/
cebat Lucretia. Tu mihi Polixena es Eurialus referebat. Tu
Emilia: tu Uenus ipsa. Et nunc os/nunc genas/nunc oculos
cõmendabat. Eleuatoq; nonnunq̃ lodice: secreta que non vide/
rat antea contemplabatur. et plus dicebat inuenio q̃ putaram.
Talem lauantem vidit Atheon in fonte Dianam. Quid his mẽ
bris formosius? quid candidius? Jam redemi pericula. Quid est
quod propter te non debeat sustineri? O pectus decorum. O pa
pillę prenitidę. Uos ne tango? Uos ne habeo? Uos ne manus in/
cidistis meas? O teretes artus. O redolẽs corpus: te ne ego pos/
sideo? Nunc mori est satius: quando hoc gaudium est recens: ne
qua interueniat calamitas. Anime mi teneo te an somnio? Uera
ne hęc voluptas est: an extra mentem positus sim reor? Non som
nio certe. Uera res agitur. O suauia basia. O dulces amplexus.
O mellifluí morsus. Nemo me fęlicius viuit: nemo beatius. Sed
heu q̃ veloces horę. Inuida nox cur fugis? Mane apollo mane

apud inferos diu· Cur equos tam cito in iugum trahis? Sine plus graminis edant· Da mihi noctem vt Alchimenę dedisti· Cur tu tam repente titoni tui cubile relinquis aurora? Si tam illi grata esses q̄ mihi: Lucretia haud tam mane surgere te permitteret· Nunq̄ mihi nox visa est breuior: q̄uis apud Britānos Dacosq̄ fuerim· Sic Eurialus· Nec minora dicebat Lucretia· Nec osculum nec verbum irrecompensatū prętęriit· Stringebat hic: stringebat illa· Nec post venerem lassi iacebant: sed vt Antheus ex terra validior resurgebat: sic post bellum alacriores illi robustioresq̄ fiebant· Nocte peracta cum crines suos ex oceano tolleret aurora: discessum est· Nec post multos dies redeundi copia fuit: crescentibus dietim custodiis· Sed omnia superauit amor: viamq̄ tandem conueniendi reperit: qua se visuri sunt· Interea Cęsar qui iam Eugenio reconciliatus erat: Romam petere destinauit· Sentit hoc Lucretia· Quid enī non sentit amor? aut quis fallere possit amantem? Sic igitur Lucretia scripsit Eurialo·

¶ Epistola Lucretię·

Si posset animus meus irasci tibi: iam succenserem: q̄ abiturum te dissimulasti· Sed magis amat te q̄ me spiritus meus· Nulla potest ex causa aduersus te moueri· Heu meū cor· quid est q̄ mihi Cęsarem non dixti recessurum? Ille itineri se parat: nec tu manebis scio· Quid obsecro de me fiet? quid agā misera? vbi requiescam? Si me relinquis: non viuo biduum· Per ergo has litteras meis lachrymis madidas: perq̄ tuam dexterā ⁊ datam fidem: si de te quicq̄ merui: aut fuit tibi quicq̄ dulce meum: miserere infęlicis amantis· Non peto vt maneas: sed vt tollas me tecum· Fingam me vesperi Bethleem petere velle: vnicamq̄ recipiam anū· Assint illic duo tres ue famuli ex tuis: meq̄ rapiant· Nihil negocii est volentem eripere· Nec tibi dedecori puta· Nam filius Priami coniugem sibi raptu parauit· Non iniuriaberis viro meo· Is enim omnino me perditurus est· Nanq̄

nisi me abducas mors me illi auferet · Sed noli tu esse crudelis: meq; morituram relinquere: quę te pluris semper q̄ me feci · Ad hęc Eurialus in hunc modum rescripsit·

¶ Epistola Euriali·

CElaui te vsq; nunc mea Lucretia: ne te nimiū afflictares anteq̄ tempus esset· Scio mores tuos· Noui quia te nimium crucias · Nec Cęsar sic recedet vt non sit reuersurus· Ex vrbe postq̄ reuenerimus hac iter est nobis in patriam· Q̄ si Cęsar aliam viam fecerit: me certe si vixero redire videbis · Negentq; mihi superi in patriam reditum: errabundoq; similē reddant Ulixi: nisi huc reuertar· Respira ergo mi anime: sumeq; vires· Noli te macerare: quin viue potius lęta· Quod dicis de raptu: esset mihi tum gratum: tum iocundissimum· Nec mihi maior pręstari voluptas posset: q̄ te semper mecum habere: ac meo ex arbitrio potiri· Sed consulendum est magis honori tuo q̄ cupiditati meę· Exigit nanq; fides tua qua me complexa es: tibi vt consilium fidele prębeam: ꝛ quod in rem sit tuam· Tu te scis per nobilem esse: et in clara familia nuptam· Nomen habes tum pulcherrimę / tum pudicissimę mulieris · Nec apud Italos solum tua fama clauditur: sed ꝛ Theutones ꝛ Pannonij et Bohemi et omnes Septentriones populi tuum nomen agnoscūt · Q̄ si ego te rapiam: mitto dedecus meum: quod tui causa floccifacerem: qua ignominia tuos afficeres necessarios? quibus doloribus matrem pungeres? Quid de te diceretur? Quis rumor exiret in orbem? Ecce Lucretiam: quę Bruti coniuge castior / Penelopeq; melior dicebatur / iam mechum sequitur: immemor domus parentum ꝛ patrię · Non Lucretia: sed Ippia est: vel Iasonem secuta Medea· Heu me quantus męror haberetur: cum de te talia dici sentirem· Nunc amor noster clam est· Nemo te non laudat · Rapina turbaret omnia · Nec vnquam tam laudata fuisti: q̄ tunc

vituperareris·Sed mittamus famam·Quid:ꝙ amore perfrui no
stro non valeremus? Ego Cęsari seruio·Is me virum fecit ꝛ po/
tentem ꝛ diuitem·Nec ab eo recedere possum sine mei status ru/
ina·Quꝫ si eum desererem:non quirem te decenter habere·Si cu/
riam sequerer: nulla quies esset·Omni die castra mouemus·
Nusꝙ Cęsari tanta mora fuit:quanta nunc Senis·Idqꝫ belli ne
cessitas fecit·Quꝫ si te circũducerem:ꝛ q̃si publicã fęminam in ca/
stris haberem: vide ꝙ esset tibi ꝛ mihi decorum·His ex rebus
obsecro mea Lucretia:mentem vt istam eruas: honoriqꝫ consu/
las·Nec furori magis ꝙ tibi blandiaris·Alius fortassis ama/
tor aliter suaderet:et vltro te fugere precaretur:vt te ꝙ diu pos/
set abuteretur: nihil futuri prouidus: dum pręsenti satisfaceret
ęgritudini·Sed is non esset amator verus: qui libidini magis
ꝙ famę consuleret·Ego mea Lucretia quod frugi est moneo·
Mane hic te rogo: nec me dubita rediturum·Quicquid apud
Etruscos incumbet agendum Cęsari: mihi committi curabo·
Daboqꝫ operam: vt te frui absqꝫ tuo incommodo possim·Vale·
Viue·Ama·Nec meum ꝙ tuus est ignem putato minorem: aut
me non inuitissimum hinc abscedere·Iterum vale mea suauitas
ꝛ animę cibus meę·

Acquieuit his mulier: et imperata facturam se rescripsit·
Paucis post diebus Eurialus cum Cęsare Romam per/
rexit:nec diu moratus illic febribus est incensus·Infęlix
penitus: qui cum arderet amore: febrium quoqꝫ cepit ignibus
ęstuare·Cumqꝫ iam vires amor extenuasset:adiectis morbi dolo
ribus:paꝝ supererat vitę·tenebat̃qꝫ spiritus medicoꝝ remediȷs
potius ꝙ manebat·Cęsar ad eũ dietim veniebat:ꝛ quasi filiũ cõ/
solabat̃:omnesqꝫ curas Apollinis adhibere habebat·Sed nulla
valentior fuit medela:ꝙ Lucretię scriptum:quo viuentem illam
et sospitem cognouit·Quę res febres aliquantisper imminuit·
ipsum quoqꝫ Eurialum surgere in pedes fecit:qui ꝛ coronationi

Cęsaris interfuit:ac ibi militiam suscepit ꝛ aureum calcar. Post hęc cum Cęsar Perusium peteret:is Romę mansit nondum ex in tegro sanus. Exinde Senas venit:quibus adhuc debilis extenua tusq₃ faciem:sed intueri potuit:non alloqui Lucretiam. Episto le plures vtrinq₃ missę sunt. Rursus de fuga tractatum est. Tri duo illic mansit Eurialus. Demum cum sibi aditus omnes vi deret ereptos:recessum eius amanti renuntiauit. Nunq₃ tanta dulcedo fuit in conuersando:quāta in recedendo męstitia. Erat in fenestra Lucretia. Per vicum iam Eurialus equitabat. Humi dos oculos alter in alterum iecerat. Flebat vnus: flebat alter. Ambo doloribus vrgebantur:vt qui suis ex sedibus cor euelli do lenter sentiebant. Si quis in obitu quantus sit dolor ignorat: duorum amantum separationem consideret:quibus maior hic an xietas inest:ꝛ cruciatus ingentior. Dolet animus in morte:quia corpus relinquit amatum. Corpus absente spiritu nec dolet:nec sentit. At cum duo inuicem conglutinati per amorem sunt ani mi:tanto penosior est separatio:quanto sensibilior est vterq₃ di lectus. Et hic sane iam non erant spiritus duo: sed quemadmo dum putat Aristophanes:vnius animę duo corpora facta erant. Itaq₃ nō recedebat animus ab aīo:sed vnic⁹ amor scindebat̄ in duos. Tum cor in partes diuidebatur. Mentis pars ibat:ꝛ pars remanebat:ꝛ omnes inuicem sensus disgregabantur:ꝛ a seipsis discedere flebant. Non mansit in amantum faciebus sanguinis gutta:nisi lachrymę fuissent ꝛ gemitus. Simillimi mortuis vide bantur. Quis scribere:quis referre:quis cogitare posset illarum mentium molestias: nisi qui aliquando insaniuit? Laudomia recedente Prothesilao ꝛ ad sacras Ilij pugnas eunte exanguis cecidit. Eadem postq₃ viri mortem agnouit:viuere amplius mi nime potuit. Dido Phenissa post fatalem Enee recessum seipam interemit. Nec Porcia post Bruti necem voluit superesse. Hęc no stra postq₃ Eurialus ex visu recessit in terram collapsa: per fa mulas recepta est:cubiliq₃ data donec resumeret spiritū. Ut re

ro ad ſe rediit:veſtes aureas purpureaſq; ⁊ omnem lętitię orna/
tum recluſit:pelliceiſq; tunicis vſa:nunq̄ poſthac cantare audi
ta eſt:nunq̄ viſa ridere:nullis facetiis:nullo gaudio:nullis vn
quam iocis in lętitiam potuit reuocari · Quo in ſtatu dum ali/
quandiu perſeuerat:ęgritudinem incidit· Et quia cor ſuum abe/
rat:nullaq; menti conſolatio dari poterat:inter multum ploran
tis brachia matris : ac collachrymantes ⁊ fruſtra conſolatoriis
verbis vtentes neceſſarios:indignantem animam exalauit·
Eurialus poſtq̄ ex oculis nunq̄ ſe amplius viſuris abiit : nulli
inter eundum locutus:ſolam in mente Lucretiam gerebat:⁊ an
vnq̄ reuerti poſſet meditabatur · Venitq; tandem ad Cęſarem
Peruſii manentem:quem deinde Ferrariam:Mantuam:Tridē/
tum:Conſtantiam:⁊ Baſileam ſecutus eſt:Ac demum in Vnga/
riam atq; Bohemiam·Sed vt ipſe Cęſarem:ſic eum Lucretia ſe/
quebatur in ſomnis:nullamq; noctem ſibi quietam permittebat
Quam vt obiiſſe verus amator agnouit:magno dolore ꝑmotus
lugubrem veſtem recepit:nec conſolationem admiſit:niſi poſtq̄
Cęſar ex ducali ſanguine virginem ſibi tum formoſam : tum ca/
ſtiſſimam atq; prudentem matrimonio coniunxit·
Habes amoris exitum Mariane mi amantiſſime:non ficti:neq;
fęlicis·Quem qui legerint periculum ex aliis faciant : quod ſibi
ex vſu fiet·Nec amatorium bibere poculum ſtudeant:quod lōge
plus aloes habet q̄ mellis·Vale·

¶ Eneę Siluii Picholominei Senēſis poetę laureati:poſtea Pii
papę Secundi nuncupati:hiſtoria de duobus amantibus fęli/
citer finit:Sub anno dn̄i·1492·die quinta mēſis Martii Se/
dente Innocentio Octauo pontifice maximo:Anno eius·viii·

¶Registrum foliorum.

¶Incipit
aliquis

¶tempore
Cum namque

¶sed arridere
tum fecere.

¶apud inferos.

